



R.M.K. II. 1750.

Ferdinandus Pachs.  
Anno & 722.

Post iata P. Francisci Semler  
Vrectori. Biblioth. Dom. o  
Magy. Ovar Scholar. Piarum

P2115/57

Ein Geist dich  
frei und lustig sei in  
meinen Freuden und Leidern  
mit mir.



2. II. II.

Post facta P. Franc. Dav.

Semler Vrectorio  
Biblioth. hominis M. Cavar  
Scholear. Sciarum.

Congressus S. Helenæ super fractoria

# VITA POETICA<sup>I 43.</sup>

PER OMNES ÆTATUM GRA-

DUS DEDUCTA, *R. II. II.*  
*SIVE*

## POËSIS TOTA VITALIS,

Docens, canens, & ludens.

*Imbuta pījs, moralibus, Historicis, Poëticis & curiosis eruditionibus,*

IN SCENAM DATA

Per Patrem Lucam à S. Edmundo è Scholis  
Pjjs Sacerdotem.


*ANNO.*

*F.*

*AgVo DeVs hoMo, Vita nostra, In scena prez-  
sepII nobIs VoLVIt eXhlberI.*



TERRNAVIAE Typis Academicis per Iohann.  
Adamum Friesd. Anno 1693.



## *In Columbam Széchénianam.*


Unica mortales devexit Navis; olivam  
Quando columba ferens nuncia pacis erat.

¶ VnC qVantIs fessVs IaCtatVr fLV CtlbVs  
orbIs!

Instat IaM nostrIs qVanta proCeLLa foCIs!  
Sed felix omen, Széchénia namq; coronam  
Cum amis oleæ fausta columba gerit.

¶ aXIt, Vt hæC paCI, & regI VI CtorlbVs Ipsa  
serta CoLVMba ferens, nVnCIA paCIs car.

Hæc pacis fuerit pretiosior una corona  
Millenis; quales Græcia sæpe dedit.





Celsissimo & Reverendissimo Principi,  
ac Domino, Domino

# GEORGIO SZECHENY

Miseratione Divinâ Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis Archi-Episcopo, Lociq; & Comitatûs ejusdem Supremo & perpetuo Comiti, Primati Regni Hungariæ, Legato nato, summe & Secretario Cancellario, S. C. Rq; Majestatis intimo Confiliario.



*Ccurrit ad sacras manus Celsitudinis Tuæ tenuis hac operâ, Vita poética; admitti rogat. Nec designare illam, à Tuis gratijs magis animandam. Illustre Nomen Tuum sua inscriptum fronti præferre ambit, ab eo lucem habitura; à quo pariter defendi rogat, & plus valoris expectat. Accipe Religions mea in te observantia et seram, quantulacunq; sit: nec contemne munusculum. Tibi Primi dedicatum. Preium illi sat magnum; si à Procerum Regni Principe fuerit benignè suscepimus. Nec morietur, qui in Nomen*

& clarissima Tua vivent merita; quæ tanta sunt  
in Ecclesiā, ac Rēpublicā, et stabilitā  
mūnificentie monumentis, Fundationib⁹q⁹: ut  
Æternitati transcripta, immortalem su⁹ me-  
moriam Posteritati relinquant. Quid non in  
Sponsam tuam Ecclesiā consulisti? Testantur hoc  
liberalitatis opera, & futuris loquentur faculat⁹  
Szechenianam in Deum pietatem. Visileam, quæ  
bonus Pastor pro Gregis emolumento præstisisti:  
habes Tibi obligatum Clerum, & nullus propè  
per Regnum Hungarie Religiosus Ordo est; quem  
non vel amplissimis Fundationib⁹, aut ingenti-  
bus beneficiis cumulatum, Tibi perenni grati-  
tudine obstrictum reddidisses. In ipsum etiam  
Martempius, sed Christianum, pugnantem con-  
tra Tyrannidem Otomanicam militem, auro do-  
natum sepe animasti, imò iurasti: cœl Ipse in Tur-  
cas decertares, ast precibus, & telis aureis. Li-  
teraria Juventuti munificis quoq⁹ manibus suc-  
curristi: cuius instruende Moderatoribus, qua,  
& quanta contuleris, cūm Deus acceptum refert,  
ac præsentes deprecantur: cum Posteri laureatiq⁹  
Palæstritæ, post superatas eruditas luctas, insi-  
gnes Patriæ Cives, ac Ministri personabunt. Am-  
plissimo nimirum affectu in Pietatem, & Sapien-  
tiā propendes: cūm apud Celsitudinem Tuam  
imis radicata sit fibris validissima virtus, &  
Doctrina hospitium non jam querat, sed habeat,  
jamq⁹ olim multo eruditioñis complexu fixerit do-  
miciolum. Verum cūm varijs scientijs animum  
compleveris; etiam mansuetiores Musas non a-

Bernarus, saerā Poësi sacer Antilles delectaris;  
in hac post gravissima Ecclesie, ac Reipublicane-  
gotia, quandoq; pulcherrimum otium ad laudem  
reponens. Hinc est, quod me hoc scriptum, ad Cel-  
situdinem Tuam, destinandum impulit: cūm sa-  
pius intellexerim, quām benignum Te Musis hu-  
manioribus exhibeas, & à sublimibus negotijs  
per eruditam animi relaxationem ad humiliora  
hac studia descendas. Non quod hic quidpiam oc-  
currat, quod doctum Tuum pectus singulari com-  
pleret delectatione; cūm omnia pro Juventutis  
cultura, & quasi manuductione, ad Dei laudem,  
facta scripta q; sint: sed ut contestem meam, Scho-  
larumq; Piarum observantiam in Celsitudinem  
Tuam, legantq; Posteri Széchenianas virtutes;  
quarum jubar quandoquidem pusilo hoc opusculo  
comprehendere nequivi; sparsim tamen præsumpsi  
celebrare. Habe ergo Vitam Poëticam, debiti mei  
Clericorum Pauperum Matris DE Ierga Celsitu-  
dinem Tuam cultius vitale monumentum. Etsi vi-  
lis si opella; Tibi tamen advolvitur, uti Defen-  
sori, Artisq; Poëticæ Fautori, minimè nescio, post  
ejus cortinas copiosam latitare sapientiam; quam  
erudita Veritas, non absq; multiplicis Doctrina  
fama, blandimentis fictionum voluit obvelare;  
atq; ita per illam suavius, adeòq; facilius, & feli-  
citer bonorum morum culturam exercere. Si quid-  
piam occurrerit, quo Tua opera & laudes mini-  
mè pro merito celebrantur; nè dignare Celsi-  
sime Princeps: à me pro condigno nequiverunt  
iustificari, quæscipsis clarissimè retucent, & ful-

gur evibrant. Nec aversare coram Te sapientissimo Cygno me obstrepentem ad Columbas Széchenianas: sed fave, & fove amplissimâ Tuâ gratia Scholas Pias, quâ tot prosequeris Tuos clientes. Hâc fretus me Tibicum quantulocunq; hoc opusculo transcribo, Deo humillimis precibus supplex: ut valeas, & vivas in prolixos adhuc annos superstes, semperq; Virtutum Tuarum gloria perennet. Dabam Prividia in festo S Georgij Martyris.

prInCeps georgIVs széChénII arChi-epIsCo-pVs strigonIensis, prIMas regnI hVngariæ,  
Io VIVat ECClesIæ, patrlæ, & slbl!

### Celsitudinis Tuæ

*Humillimus in Christo servus  
Lucas a S. Edmundo  
è Schulis Pijs.*

# *Facultas Patris Præpositi Generalis.*

*Joannes Franciscus à S. Petro, Clericorum Regu-  
larium pauperum Marris Dei scholarum pia-  
rum Præpositus Generalis.*



Um opus, quod inscribitur *Vita Poëti-*  
*caper omnes etatum gradus deducta,*  
*sive Poësis Vitalis &c. P. Lucæ à S. Ed-*  
mundo, Religionis nostræ schola-  
rum Piarum Sacerdotis professi, & nostri per Hun-  
gariam Comissarij, examinatum, & approbatum  
fuerit à duobus, quibus id curæ commisimus,  
eiusdem Religionis nostræ Theologis, testan-  
tibus, nihil in eo dissentaneum à sana Doctrina,  
sanisq; moribus se deprehendisse, imò eruditio-  
ne homine Religioso dignâ refertum, faculta-  
tem facimus, ut in lucem prodeat, servatis fer-  
vandis. In quorum fidem his nostro sigillo mu-  
nitis subscriptissimus Romæ in Ædibus nostris  
Scholarum Piarum apud S. Pantaleonem. Die 12.  
Martij 1693.

*Joannes Franciscus à S. Petro, Præ-  
positus Generalis.*

*Petrus Franciscus à Conceptione, Secretarius.*

*Reg. fol. 172.*

L.S.

*Paro.*

# Paranesis extemporanea

Patris Petri Francisci à Conceptione, Patris nostrè  
Propositi Generalis Secretarij, dicta & dicata  
Auctori.

Ede mundi ad lucem

Opus non umbris tegendum

Luca à S. Edmundo.

Non bene vivit, qui obicurè vivit;

In lucem prodeat Vita,

quæ Poëtica

plura facit, quam fingit:

Ipse, qui facis,

ΝΟΙΗ ΤΗΣ.

Quæ Doeens,

ad vitales Pindi auras adducit:

Quæ Canens,

à mortifera Syrenum voce cavet:

Quæ Ludens,

ad Permessias Bœotiaæ petras otium

illidit:

Poësis tota vitalis,

Cui nascenti vitæ Impertitor Apollo

medium illuminat Cœlum;

Vitales adstant Lucinæ Camœnæ:

Ut per omnes Æratum gradus dedita


Eloquens in Infania effeta,

Lyræ ad contactum exultet:

In Adolescentia redolens,

que

quo semel pietatis imbuta recens,  
reddat in *Virilitate* odorem:  
*Senectutis* qua de re langvoribus liberam;  
novus *Phœnix* in tumulo,  
*Mortem* opperat *vita* vitalem:  
Quin  
omni funere expedita,  
*Tota vitalis,*  
Immortalitate potiatur.  
*Vita* da igitur *vitam*;  
& quæ in *Scenam* dedisti,  
compleant *Aetum.*  
*Aetum* sequetur *Plausus.*  
*Vita Deus,*  
Io!  
cum *Vita vivas.*



## S Y N O P S I S.

*Prologus* docet scopum Operis.

## P A R S I.

*Prolusiones* in Poësim, Species, Fictio, Inven-  
tio, Dispositio, & Elocutio.

*Inductio I.* Neo Poëta ediscit à Musa naturam,  
præambula, & subsidia Poëtica.

*Inductio II.* Poësis producit carmen, ejusq;  
accidentia.

*Inductio III.* Apollo dividit Poësim, ejusq;  
Species ostendit, & inter Musas partitur.

*Indu-*

*Inductio IV.* Fictio Poëtica sub fabularum ludis, sinu conditam veritatem, & eruditionem pandit.

*Inductio V.* Inventio metrica suos indigitat fontes, quos Dispositio aptè in alveolos dirigit. Elocutio autem in publicum effluere facit, gemmas inde colligens ac virtutes Poëticas.

*Chorus.* Ad Christum Dominum, Deiparam, Sanctos Angelos Custodes, & Patronos Regni Hungariae.

*Interludium.* Satyra carpit vitia Poëticæ Inventionis, Dispositionis, & Elocutionis.

## P A R S II.

### Infantia & Pueritia.

*Carmina Genethliaca, Gratulationes Festorum,*  
*Laus innocentis pueritiae, salutationes,*  
*ac valedictiones.*

*Inductio I.* Lucina animat Poëta, m ad illustres cunas celebrandas : qui cantaturus, prius Lyram instruit, methodum Carminis genethliaci expōnens.

*Inductio II.* Poësis chelym, jam jam Genehtlia lusuram, vario prius cultu exornat ; supellectilem nempe eruditionum pro excolendo carmine suppeditat.

*Inductio III.* Poëta ad cunas Christi Domini canit, & modulatur.

*Inductio IV.* Hinc à pueritia provocatus, ejus laudandæ præcepta à Poësi accipit ; discit gratulationes festivas, salutationes, valedictiones, & varias in his occasionibus eruditiones. *In-*

*Inductio V.* Poëta describit Divinissimum Iesum; tum festa gratulatur Heroibus, eosq; salutat.

*Chorus.* Celebrat glorianc Augustissimi Leopoldi I. Rom. Imp. & inter solemnia vota gratulatur Serenissimo Josepho I. Romanorum & Hungariæ Regi, nec non Serenissimo Carolo Archiduci.

*Interludium.* Poëta variâ eruditione Historico Poëticâ imbuitur.

### P A R S. III.

#### Adolescentia & Juventus.

*Gratulationes Officiorum, Lusus & Artificia,  
Epigrammata, Elegia, Lyra, Allegoria,  
Narrationes, & Descriptiones.*

*Inductio I.* Poëta Adolescentis discit & canit gratulationes officiorum, atq; Deiparam laudat.

*Inductio II.* Mox animum utiliter relaxans, eruditis artificijs, & innocuis lusibus occupatur.

*Inductio III.* Poëta Juvenis festivos, serios, ac jocosos aggregat conceptus, Epigrammatis venas pandens, & salem spargit.

*Inductio IV.* Musa Elegias & Lyrica carmina exponit.

*Inductio V.* Delapsus ad Lyram Poëta Divos Juvenes Innocentiae laude celebres floribus adornat; Elegijs decantat; Emblemata ipsis affigit; atq; de num in Venatorem evadens, innocuam Venationum lætitiam describit.

*Chorus.* Ad Clerum Regni Hungariæ, qui per

per illustres virtutes suas ac sapientiam, Animas  
pro Deo venatur & lucratur.

*Interludium Abundantiam & Defectum rerū  
in Regionibus designat.*

*P A R S IV.*

*Virilis Ætas & Senectus.*

*Epithalamia, Poëma, Panegyris, Satyra, Dra-  
ma, Ethica.*

*Inductio I.* Hymenæus docet gratulationes  
nuptiales; ferta necit eruditionum, Poëta ac-  
cidente solempne Epithalamium Unioni verbi  
Divini cum Humanitate.

*Inductio II.* Musa instruit Poëmata, Panegy-  
res, dedicationes, gratulationesq; dignitatum  
& victoriarum, diversòq; accumulat cultu.

*Inductio III.* Poëtae modulantur canuntq; pa-  
negyres ad Victorias Christi Domini Refurgen-  
tis, gloriāmq; ac dignitatem virtutum celebrant.

*Inductio IV.* Satyra veteranos acuit dentes,  
& Vitium specie virtutis velatum perstringit,  
atque peccata exagitat.

*Inductio V.* Poëta senex Ethicum Drama in-  
struit, & pulso vitio attollit virtutem.

*Chorus* Celebrat Pietatem & virtutes Heroi-  
cas Magnatum & Nobilitatis Regni Hungariæ.

*Interludium* Senectus Ethicum fabularum  
sensum ad mores & eruditionem exponit.

*P A R S V.*

*Mors, Funera, Epitaphia.*

*Inductio I.* Poëta ad funus invitatus discit  
à tristis

à tristi Musa Nænias , Lessos & Epicedia.

*Inductio II.* Poësis illi porrigit eruditam supellestilem funebrem , ad mores compositam.

*Inductio III* Poësis sacra Alumnum suum ad Crucem Christi deducit: ubi is creberimis con-  
cussus singultibus , nænias congeminat, plangit,  
& feliciter emoritur.

*Inductio IV.* Poësis devoto suo Alumno Epitaphium constructura , ejus priùs methodum docet.

*Inductio V.* Poësis Epitaphia varia ponit.

*Chorus.* Canit Virtutem immortalem ;  
quamvis eam Invidia imperat.

*Interludium.* Poësis fabulosas Metamorphoses in moralem detorquens sensum, alphabetice producit.

*Epilogus* clausis jam tumulis vovet quietem  
à Deo, & omnia Bona : cùm ipse sit optatissima  
nostra quies , unica requies , & ultimus noster  
Finis.

## PROLOGUS

### Ad Juventutem Poëticam.

**I**N scenam prodit vita Poëtica, vobisq; destinatur non modo docens, verùm etiam canens , di-  
versoq; Eruditionum apparatu , hinc inde la-  
boriosè collectarum , & in compendia redactarum ,  
provisa. Admittite Alumni vitalem totam  
magistram : neq; enim exit instructura eos , quā  
jam ante eruditissimis sapientiae ferculis famem  
absumperunt, ut leuiori Poëses eib[us] paseendi sunt  
nisi

nisi quod etiam ad suas laudes resonandas man  
suetiore Musam admittere non deditur: quum  
licet quotidie sublimiorum scientiarum nectar  
bibant; ambrosiam tamen Poëtarum non aspernen  
tur. Quod nisi perspectum habuisset, nunquam  
viliorem hanc scenam in publicum protrusisset:  
quam sic quoq; fastidente, ac indignante prope  
modum calamo in hoc compingo theatrum, alieno  
magis, quam meo iudicio obtemperatus. Venit  
igitur ad vos, Neo-Poëta, Vita hac canens &  
luden; ut in multipli occidente manuducat ad pi  
os civilesq; cantus ac Lyras. Variam secum de  
fert supellectilem; cuius subsidio à sumptuosa di  
versorum librorum comparatione eximere cupit.  
Mores insuper bonos, ac pietatis culturam ubiq;  
promovere satagit; adeoq; ex ipsis gentilium fabu  
lis, & ementitis fictionibus ethicum elicit sensum,  
affectusq; humanos inter blandimenta figmentoru  
contineri, & exprimi ostendit. Sed cum in scenam  
prodeat; Actores etiam vos percipit, ô Neo-Poëta;  
& dum subeundum theatrum, ipsa manus citha  
ris admovet, à fascijs, ad faces usq;, & funus car  
men modulaturas. Ne autem languidè pulseris ly  
ram sacram, vitalis tota & activa instat Musa,  
in ipsis quoq; tumulis resonans. Sales insuper adjic  
cit: sed quibus non tantum animus mærore leve  
tur; verum vita quoq; condiscatur honestâ utilita  
te, & vitiatum quandoq; radio ingenium perfri  
cetur, nè purrescat. Humilis quidem haec scena  
est, sed Juventuti exposita, illiusq; quadam quasi  
manuductio, & ideo innoxie ac decenter curiosa:  
cūm+

cum hæc sit facilior via; quod suavitate suâ per-  
mulceatur. Accipite, & præsens hic quali cunq;  
labor, hoc unicum à vobis præmium ferat: ut quid-  
quid ad pietatem, bonosq; & civiles mores Vita  
hæc Poëtica suppeditat, animo prompto complexi,  
entheoq; sanctioris Musæ agitati, in perennem  
Dei laudem chordas, & corda intendatis, &  
Lyram vestram concitatis.



# P A R S I.

*Prolusiones in Poësim, ejus Divisio, Fi-  
ctio, Inventio, Dispositio, & Elocutio.*

## I N D U C T I O I.

*Neo-Poëta discit à Musa naturam, præambula,  
& subsidia Poëseos.*

*Neo-Poëta. Io Commilitones! date celestia;  
date sera carinis; quando tristius Grammatica  
salum emensi, ad fortunatas Musarum appuli-  
mus Insulas, & jam Hippocrenis allapsi fontibus,  
aquam dulcem libamus. In eas, ita favente Nu-  
mine, deveclis sumus oras; quas perpetua amba  
amœnitas, & sacra Lyra multiplici delulces  
blandimento.*

*Divis pangite gratias;  
Sat noster secuit mare  
Lembus, littora contigit;  
Portum mordeat anchora.  
Io! Castalidum  
Fontes attigemus.*

*Sertum ponite carbasis;  
Flores spargite remiges;  
Lauros Æthera fundite;  
Et puppim rosa perplus.  
Io! sacra Cobors  
Salve sicelidum.*

*Sed Musa pande, qua Poësi natura, forma,  
materia, objectum, finis, ac varietas?*

*Musa.* Poësis est ars liberalis metricè & verisimiliter canendi; quæ possunt, vel debent esse.

*Forma* illius, est fictio: *Materia* autem omne id, quod carmine exprimitur, aut exprimi potest: *Officium*, aptè fingere, & canere non absq; verisimilitudine. *Finis* est, quem Venuſinus canit: & prodesse volunt, & delectare Poëta.

Poësis alia est *Naturalis*, quæ ingenita humanoq; illapsa animo sponteos vates excutit. *Alia Artificialis*, quæ per doctrinam comparata, ad Artis trutinam appendit, quidquid in publicum protrudi debet.

Artificiale ab Hebræis inventam, à Græcis exultam, & conservatam à Latinis, constans fama est. A Pierijs tamen ad Musæum, & Orpheum, indè in Ægyptum deductam Homerus hausit; demumq; Romæ Dominatum assumpsit.

*Neo-Poëta.* Quid occurrit? quæ illa videò sa-  
bzellitia? nempe velut præsidia latus Poëseos cingunt.

*Musa.* Subsidia ipsius sunt: *Judicium*, *Exercitatio*, & *Imitatio*; nè Poëta omnia debeat naturæ.

*Judicium:* videlicet linnatum, idq; non sine sale.

Sumite materiam vestris, qui scribitis, aquam Viribus, & versate duu, quid ferre recusent,  
*Quid valeant humeri?* Hor. de Art. Poët.

*Exercitatio:* Auditione, lectione, & scri-  
ptione

ptione ad comparandam Poësim deservit; quæ tunc potissimum locum habet, quando animi impetus concitat.

*Tu nihil invitâ dices, faciesq; Minervâ.*

Hor. de Art. Poët.

Impetus hic, est animi impulsus ad eliciendos versus, quem veteres furorem Poëticum & Enthusiasmum appellavere.

*Est Deus in nobis, agit ante calescimus illo;*

*Imperus hic sacra semina mentis habet.*

Ovid. 6. Fast.

*Imitatio:* Elegantiores Poëtas non modò in verborum cultu; sed etiam rerum delectu consequi studet.

*vos exemplaria Graeca*

*Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.*

Hor. de Art Poët.

Subsidij quidem hujus adminiculo Tyrones restituunt transpositos versus, eosq; mox reciprocant, ac velut ursinum relambant fœtum.

Sinè his nullus in Arte Apollinarem adeptus est lauream; nisi quæ supra cæteros miraculo propius Deus voluit eminere.

## *INDUCTION II.*

Poësis producit Carmen, ejusq; accidentia.

*Poësis.* Necdum me primis labris attigisti,  
Alumne. Carmen disce, sinè quo nomen perdo; &  
quamvis singant quidam non absq; verisimilissi-  
mæ, & laudis fama: si tamen sinè metro fabu-

*Pars 1. Ind. 1 & 2. Vit. Poët.*

*lentur, Apologorum duntaxat, non verò Poëtarum encomia consequuntur. Alumnus. Produc Carmen, ejusq[ue] siste accidentia. Poësis. En adest, & quæ secum dicit accidentia, exponet.*

*Carmen* à canendo, metrum à metiendo, versus à vertendo, est Oratio, certo genere, numero, & ordine pedum alligata.

*Carmen.* Ita est, hac mihi natura; si accidentia mea velis, sunt septem.

1. *Scansio*, quæ pedes metitur, & Syllabæ qualitatem perpendit.

2. *Casura*, est dependentia unius alteriusq[ue] Syllabæ ex uno in alium pedem. Uti h[ic] in Signis ✕ ✕. Dantur opes ✕ nulli ✕ nunc, nisi divitibus. Mart. Lib. 6.

3. *Figura*, quæ addit, vel adimit, aut mutat literam, sive integrum Syllabam.

Figuræ autem hujusmodi quatuordecim recensentur.

*Prothesis* est adjectio literæ, vel Syllabæ in principio; Gnat, loco nati.

*Aphoresis* est ablacio literæ, vel syllabæ in principio: ut prehendo, loco apprehendo.

*Epenthesis* est interpositio literæ, vel Syllabæ in medio: ut Religio.

*Syncope* est ablacio literæ, vel syllabæ in medio. ut pericla, puertia.

*Apocope* est detractio literæ, vel syllabæ in fine: ut peculi, loco peculij.

*Paragoge* est additio literæ, vel syllabæ in fine: ut dicier, pro dici,

*Tmesis*

*Tmesis* est dissectio dictionis : ut quo me  
cunq; vocas.

*Antithesis* est positio unius literæ pro alia ; ut  
olli pro illi.

*Eclipsis* est elisio literæ M. propter sequen-  
tem vocalem : ut Italiā Italiā.

*Synalæphe* est elisio vocalis , aut diphongi  
propter sequentem vocalem : ut ille ego.

*Syneresis seu Crasis* est contractio Syllabæ : ut  
Dy loco dij.

*Diæresis* est divisio syllabæ : ut aulai , pro aulæ .

*Eclasis seu Diastole* est productio syllabæ bre-  
vis : ut Italiā fato profugus.

*Systole* est correptio syllabæ longæ : ut Ob-  
stupui steteruntq; comæ.

4. *Genus*, sic aliud Carmen est Epicum, aliud  
Dramaticum , aliud Lyricum.

5. *Dispositio*, quæ indicat finem metri , an  
mutilum sit , vel integrum.

6. *Compositio*, conjungit diversa metra ei-  
dem Poëmati , quod in Lyricis usuvenit.

7. *Reversio*, est redditus à stropha ad stropham ,  
& idem genus carminis.

Rudimenta hac Poëseos sunt , prout illa quoq;  
qua in cognoscenda syllabarum quantitate , consi-  
stunt. præludia verò hac si summis tantum labris  
libaveris , nunquam ore pleno bibes nectar Poë-  
garum.

## INDUCTIO III.

Apollo Poësim dividit, ejus species ostendit, & inter Musas partitur.

*Apollo.* Adeste Musæ, delicium Nostrum  
Poësim, in tres species, *Drama* nimirum, *Epopæ-  
iam*, & *Dithyrambum* divido; quarum singulis  
tres e vobis præficio. *Dramati* præsideant,  
*Melpomene* Tragœdias, & *Thalia* Comœdias  
celebraturæ; Terpsichore verò Choros ad eru-  
ditionem cantatura.

*Epopæiam* dirigant, Calliope per Carmen He-  
toicum, & Polyhymnia per Panegyres; Clio  
deum celebres decantet Historias.

*Dithyrambum* Euterpe tibicina moduletur;  
Ludat Erato Præses chorearum; & Uranie cæ-  
li motus festivâ occinat descriptione.

Agite Pierides, & species has ostendite, pat-  
tesq; explicate.

*Melpomene.* *Drama* est actus seu præsentatio  
Historiarum, aut Fabularum, exhibita per intro-  
ductas personas.

Partes Dramatis sunt, *Tragœdia*, *Comœdia*,  
*Tragico-Comœdia*, & *Comico-Tragœdia*.

1. *Tragœdia* est Poëma Dramaticum, intro-  
ducens illustres Personas, à felicitate ad infeli-  
citatem transeuntes, fine luctuoso terminatum.

2. *Comœdia* est Poëma Dramaticum, imi-  
tans actiones viliores, læto conclusum fine.

3. *Tragico-Comœdia* est præsentatio Pœta  
actio-

actionis illustris tantum, vel illustris ridiculaq;, à dolore ad gaudium terminata.

4. *Comico-Tragœdia* est Drama actionis levioris, & illustris, à lætitia ad luctum terminatum.

Sistimus hic; Parte IV. Inductione V. Drama cum omni satellitio producemos.

*Calliope.* *Epopoeja* est Poëma, carmine hexametro illustres actiones per narrationē imitans. Hinc Poëta Epicus vel Heroicus.

1. *Forma Epopœjæ* Complectitur fictionem, mores, sententias, & dictionem.

*Fictio* est anima Epopœiæ; sive qua jacet, & nuda tantum narratio est.

*Mores* comprehendunt virtutes, vitia, & affectus personarum.

*Sententia* est edictum sapiens, ad declarandum, qualiter aliquid est, vel non est.

*Dictio* est enuntiatio rei gestæ, in qua affectus & Pathemata dominantur.

2. Partes Epopœiæ sunt; *Eccloga* seu *Bucolica*, *Panegyris*, *Genethliacum*, *Epithalamium*, *Rapsodia*, *Parodia*, *Epicedion*, *Satyræ*, & omne deniq; Poëma, quod carmine hexametro exprimitur.

3. *Eccloga* canit res rusticæ, similésq;

4. *Panegyris* seu *Epinicion* celebrat res illustræ, uti *Epithalamium* seu *carmen Hymenæum*, nuptias; *Genethliacum* verò nativitatem: licet hæc omnia Lyricis quoq; metris decantari possint, ac soleant.

*Pars 1. Inductio 3.*

5. *Rapsodia* & *Epopæia* versa, mutatis vocibus serijs ad ridicula, vel è converso, atq; *Parodia* nuncupatur. ut

*Crispi Triumphos Caius in plausum vocat.*

*Cætus bibaces Bacchus in iurgia vocat.*

6. *Satyra* est Poëma, quod aliena vitiâ falso lepidôq; dicendi genere perstringit.

7. *Epicedion*, sive *Nænia*, aut *Monodia*, laudes celebrat defunctorum.

Manum à tabula deduco, & quæ hic desunt,

**Parte IV. Inductionibus præcipue 2. 3. & 4.**

inspicere svadeo. Nunc adsis *Dithyrambe*.

*Euterpe. Dithyrambus Lyricorum carminum*  
quondam celeberrimum, nunc omne melicum  
*carmen*, *Odas*, *Hymnos*, *Eponon*, *Elegias*,  
*Epigramata*, *Epitaphia*, & *Elogia* complectitur.

1. *Lyricum carmen* à Lyra nomen accepit,  
ad istius harmoniam olim cantatum. Compre-  
hendit diversa odarum seu cantuum gene-  
ra, de quibus Parte 3. Inductione 4.

2. *Elegia*, si nominis etymon spectes, luctu-  
osum est carmen. Verum nunc etiam in gratu-  
lationibus, descriptionibus, ac lœtis adhibetur.  
consule retrò Partem 3. Inductionem 4.

3. *Epigramma* est inscriptio metrica, illatum  
cum clautula argutè componens; cuius fontes  
Parte 3. Inductione 3. aperiemus, & salem di-  
fundemus.

4. *Epitaphium* est inscriptio metrica sepul-  
chralis, in laudem aut vituperium defuncti. Vide  
Part. 5. Induct. 4. & 5.

Sce-

Scena autem hæc, nè prolixitate suâ tædium  
ingerat, clauditur.

## INDUCTIONE IV.

Fictio Poëtica sub fabularum ludis, sive conditam veritatem, & eruditionem pandit.

*Fictio.* Vertumnus Poësi Genius est, fictiōnum gaudet blandimentis, & induit metamorphoses; quas ingenij prurigo acceptissimis evocat commentis. Hoc fuso regit illa gravioris Eloquentia severitatem. Svariūq; isto nectare nihil habet Parnassus. Tollat me illi crudius in Artem caput; & non modo omnem Poësi gratiam, verum ipsam etiam animam sustulit, & indignam suo nomine moriuamq; reliquit; nisi tamen in Epigrammate, satyra, Elegia, & quibusdam Lyricis, ubi his ferrimē nudafucis nihil decoris amittit, ut scias Poësin non in sola consistere fictione. Cum enim Epigrammata, satyra, & hymni alijs aspergantur floribus, plerumq; aspernariur jactationes fabulosas. Neo Poëta. Tantusne in Poësi his fallenis ingenij fabribus, fabulis, inquam, subest decor?

*Fictio.* Ad invidiam magnus, ad delectationem suavis; ut sine hoc jaceat illa deformis, & emoriatur. Neo Poëta. Ergone nucum putamina rante per conveniunt cum baccis lauri, & Poëticam ascollunt Majestatem? *Fictio.* Indigna comparatione involvis. Quasi vero puerilitatis nugamentum forem, que ultam sive recondo eruditionem. Poësis. Ita est: sine fictione jacco; cuius naturam.

& ejus velamentis rectam sapientiam paucis ex-  
ponam.

*Fictio Poëtica* est rerum verisimilium ad ap-  
parentiam excogitatio, sub falsitate includens  
veritatem.

Est autem duplex: *propria*, & *impropria*. *Pro-  
pria* est, quæ non fuit, esse tamen potuit: uti  
Eqvus Trojanus. *Impropria*, quæ nec fuit, nec  
esse potuit: uti nativitas Palladis ex cerebro Jo-  
vis. Priori quidem in rei veritate Portam Tro-  
janam Equi insigne, aut nomen exprimi, quâ  
Græci subierunt; altera verò scientiam, cujus  
Præsidem Palladem superstitiosa confinxit Anti-  
quitas, esse partum intellectus, si cortinam pau-  
lis per rejeceris, invenies. Proinde utrinq; ve-  
ritas est, non quidem historica, sed Poëtica;  
quæ in verisimilitudine consistit.

*Exit in immensum fecunda licentia Vatum,  
Obligat historicâ, nec sua verba fide.*

Ovid. 3. Am.

Sed Poëta Christiane, aliter tibi fingendum:  
nè Paganorum deliramentis sacram depraves  
Artem.

Audi, ad Orphei cytharam saltâsse muros, &  
saxa, Poësis ego jam finxi pridem. Quis credide-  
rit? si tamen continens pro contento intellexe-  
ris, hominésq; muris interclusos subsiliisse di-  
xeris, verum esse quis negaverit? secùs nimis  
audacem, & sinè ratione licentiosam pronun-  
ciaveris fictionem. Ostendi, tu altius penetra.

Ita

Ità per tres furias, significabis tres animi affectiones; Iram, Cupiditatem, & Libidinem, acerbas carnifices; quas nox intempesta, obtenebrati videlicet hominis impetus, uno effudit partu. Sic Hippocrenen Pegasi ungulâ excussum confingimus: quia Cadmus in Boëtia equo vectus fontem illum primus invenit. Ità per Protheum modò in hanc, modò in aliam mutatum formam erudita Poëtarum Classis inconstantem hominē indigitavit; quem nunc hic, nunc aliis in diversa rapit affectus. Prolixiores in hac materia sumus in Interludijs, post Partes 4. & 5.

Artificij igitur elegantia, & recondita veritas, Fictionis non modò excusant vanitatem, sed gratiam addunt, mirāmq; svavitatem: secūs justissimo risu explodendam. Sunt & hujusmodi commenta dulce condimentum, quo languentem jam gustum excitant, & sæpè post absumptam rudioribus metris famem, instar belliorum evocant orexi; præterquam, quod ipsis, facilius & felicius, disciplinæ bonarum Artium, & piorum cultura morum exerceantur. Nempe diversis motibus agitur animus, & placet varietas; ut mox seria, mox jocosa appetamus.

*Neo-Poëta.* Tu mihi Sibylla, vaticinijs prodix adeò reconditas eruditiones; ex quibus iam transfuga seniora quæsiſſem studia, nisi latentem pandisse sapientiam; sed prosequere.

*Poësis.* Fictioni, nè sua defint ornamenta, hoc tribue

tribue; ut laudanda amplifices, vituperanda obscures, & deum jucundâ varietate, lusu contrariorum, & delectu comparationum in carmen influas, & inde in animum. Imitari si placet? compara expugnationem cum Trojana, fugam cum Æneidibus; pro Invidia exhibe Genium vitij, cohortes produc, describe harum ingenia, & quasi penicillo depinge pravitatem vitiorum: sed è conuerso introduc amœnitatem virtutis: ita tamen, ut omnis prorsus Fictio constet verisimilitudine, nè in derisum veniat, quæ facta fuit ad delectationem capessendam. En Virgilianum exemplum i. Georg. quo sol, in morte Cæsaris Eclipsim passus, ferrugineis velis involutus fingitur.

*Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,  
Cum caput obscurâ nitidum ferrugine texit,  
Impiaq; aeternam timuerunt sacula mortem.*

## INDUCTIO V.

Inventio metrica suos indigitat fontes, quos Dispositio aptè in alveolos dirigit; Elocutio autem in publicum effluere facit, gemmas indè colligens ac virtutes Poëticas.

### I. DE INVENTIONE.

*Inventio mihi nomen; natura vero, excogitare res, sive veras, sive verisimiles, ad ligatam Orationem. A soluta Orationis Inventione utimetris, ista licentiosoribus conceptibus, & fictionibus discerner. Major enim mihi luxus rerum, ac verborum, liberis-*

liberioresq; tropi sunt. Neo-Poëta. sed è quibus fontibus bibendum? Aperi venas Hippocrenis.

*Inventio.* Fontes non alios tibi persuade, quās locos communes, sive promptuaria argumentorum ac conceptuum, ex quibus carmen irriges. Profundunt aurem.

*A Definitione.* Dum rei aut verbi natura explicatur. Ut Avarus est, qui loculis parcit, non sibi.

*Amoris multiformis definitio.*

Libertas, carcer, pax, pugna, dolenda voluptas;  
Spes, metus, est fel, mel, seria, ludus, Amor.

*A Notatione.* quando tangitur vis & significatio nominis, quō spectant Anagrammata, & Paranomasiae. Sic sol lucet solus. Sic Orcum dicas porcum:

Quod gratis quondam fuerit data, gratia dicta est.  
Verum nunc solis dantibus, illa datur.

*Aurum & Argentum.*

Mutnegra cum murva faciunt rectissima curva.

*A Conjugatis.* Dum orta ab uno varie commutantur. Ut ameris amabilis esto.

Cū Vanitas sit vanitatis filia,

Et Vanitati Vanitatem procreet:

O Vanitas! quid vanitate vanius?

*A Causis,* ex quibus aliquid efficitur. sic mors à pomo nata fuit.

Mors mala, mors veritis vitam sibi sumpsit ab escis:

Vix mors utram tellere, pasce fame.

Ab agd.

*Ab adjunctis, quæ cum rebus cœnita sunt,  
ut gladius cruentus cum cæde. Adjuncta pul.  
chritudinis.*

*Frons brevis, atque placens, pariter sit naribus  
uncis,*

*Pastanis rubeant amula labra rosis.*

*A Genere ad Speciem, & contra. Ut Phylus  
omnia novit: Ergo Grammaticum, quis neget  
esse Phylum.*

*A Differentia, per quam dignoscimus unam  
speciem ab alia. ut Non eadem ars est dicere,  
quæ facere.*

*A Simili, Sic Hor. in Art. Poët.*

*Ut sylva folijs prinos mutantur in annos,  
Prima cadunt: ita verborum velus interit et as,  
Et Juvenum ritu florent modo nata, vigenique.*

*A Dissimili. Ne siccus volvente rotâ crepet,  
unguiur axis:*

*Mos est causidicos ungere, nè raceant.*

*Ab antecedentibus, quibus positis necessariò  
aliud sequitur. Ortu est sol: Ergo est dies.*

*In stellam novam.*

*Præscia dum Christi natalem stella praivit:  
Phosphorus en solis nuncius iste fuit.*

*A Consequentibus, quæ necessariò ab ante-  
cedentibus proveniunt. Est magna copia fru-  
gum: Ergo & florum abundantia fuit.*

*Cibus & medicina.*

*Sumptra cibus veluti ledit medicina salutem:  
At sumptus prodest ut medicina cibus.*

*A Com-*

*A Comparatione seu verisimilium inter se collatione, quæ sit vel à majori ad minus, vel à minori ad majus, aut à pari.*

*A majori ad minus. Ut potest concordare Olympum: Ergo etiam Hyblam.*

*In Historicum contentiosum.*

*Prælia tu solus vis nosse, aliosq; refutas:*

*Mille tibi pugnas pugna vel una parit.*

*A minori ad majus. Ut Corpus excolitur, à posteriori anima.*

*Sit nox centoculo quamvis oculatior Argo;*

*Plus uno cernit lumine lusca dies.*

*A Pari, uti de homine ex humili stirpe nato.*

*Mater erat netrix; Pater in mare retia misit:*

*Hinc tua condecorat linea longa genus.*

*A Partium distributione. Ut fuit in toto Orbe: ergo etiam in Europa, Asia, Africa, & America.*

*S. Sophia Mater Fidei, Spei, & Charitatis.*

*Te Sophiam viciisse sophos jam credimus omnes:*

*Cur? quia Virtutum cerneris esse parens.*

*Ab Oppositis, quæ in eodem genere differunt, ut virtus & vitium in genere qualitatis. Sunt autem quintuplicia: Contraria, Repugnantia, privativa, Relativa, & Contradicторia.*

*A Contrarijs, quorum alterum non admittit aliud, ut album & nigrum.*

*Pharmaca sunt potius, quam vulnera, vulnera Christi:*

*Curat enim plagis vulnera nostra suis.*

*A Repugnantibus, quæ nec certâ lege, nec certo*

certo numero inter se dissident; quod etiam spe-  
Etant Alienata, & Diversa. Ut Homo, & Arbor,  
Deus & Chymicus.

*Condidit ex nihilo Deus unicus omnia: Contra  
Tufacis ex toto quando Chymist: nihil.*

*A Privativis, quando uno deficit ente neces-  
sariò sequitur aliud, ut nox diem.*

*Mortuus ut vivas, vivus moriaris oportet:  
Vnde prius discas, quam moriare, mori.*

*A Relativis, quæ ad se mutuò referuntur,  
ut magister & discipulus.*

*Pejores Pairibus sumus, ut majoribus illi:  
Peius erit nostrâ Posteritate nihil.*

*A Contradicentibus, quorum unum negat id,  
quod affirmatur ab altero. Ut vult, non vult.*

*Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem:  
Non possum tecum vivere, nec sine te. Mart.*

### S. II. DE DISPOSITIONE.

*Dispositio. En quanta ubertas effuit ex venis;  
sed nè tota effundatur, siffo ritulos, qui Parte 3.  
Inductione 3. largius in re Epigramataria aperi-  
entur. Nunc autem disponendi sunt alveoli; ut  
ex illis fontibus, eleganti & recto manantes or-  
dine. gratiam carmini advehant. & decorum. Neo-  
Poëta. Dirigeritulos, & quo ordine fluere debeant,  
dispone.*

*Dispositio. Ut primum ex Pierijs jam aper-  
tis hauseris fontibus, Alumne; nè statim car-  
men profundas in publicum: sed prius dispone  
priva-*

privatum, & accomoda fictiones. Ut blanda initia ordinis amoenitate condiantur. In Poëmate quidem præmitte *Propositionem*, eāmq; succinctam, tum *Invocationem*, quæ nobis Christianis ad Deum, & Cœlites destinatur. Nisi tamen ex abrupto subinde malis inchoare, modo his temporibus non inusitato. *Propositio* exponat argumentum Operis, & *Invocatio* pro ejus decantatione superos imploret. Sequatur *Narratio*, & ea quidem dilucida, aspersa coloribus, obumbrata fictionibus, distincta varietate; quæ multum commendatur, quando frequentius personæ loquentes, & agentes, cum expressione affectus ac morum, introducuntur, quam Poëta. Eam verò brevis enumeratio causarum non indecorè præcedere potest; ut Auditoris animum eò melius capias: quod ad laudis famam præstítit Virgilius, in Æneidibus causas, odij Junonis præmittens. Adverte autem, ut *Narratio* sit vera seu verisimilis, suis non destituta fictionibus; & sit conjuncta cum Religione, tritis procul rejectis. Dominentur præter fictiones, ornamenta comparationum, Prosopopœjæ, tropi, figuræ, & imitationes. Verba adornentur verbis rarioribus, illustribus, perspicuis, aptis, & translatis epithetis. Ad sint circumlocutiones, similitudines, dissimilitudines, & ad delectationem configant

inter se contraria. Assiduitate compositionis Musam etiam quandoq; difficilem, in initorem cogenaturam.

### §. III. DE ELOCUTIONE.

*Elocutio.* Dispositos ego Castalios alveolos in effluvium destino; qui autequam manent, iniicienda sunt gemmae, quas Alumni studium piscetur, & quas devibus virtutes, intercipiat, in ornatum metrorum.

*Alumnus.* Quae illa gemma, qua Virtutes?

*Elocutio.* Languens omne carmen, quod rerum aut verborum cultus non excitat, & cum florum varietate distinguit.

1. Rerum ornatus spectandus est in sententijs, argutijs, gravitate cum suavitate, comparationibus, fictionibus, similitudinibus, motibus, eoque omni, quod lumen potest adaugere.

2. Verba florida, suavia, tum gravia, & sublimia, selecta, fluida, perspicua, latina, colorata, translata, figurata, & apriissimus epithetorum delectus, mirum adferunt ornamentum.

3. Gravia ne dicas tenuiter, nec levia ponderosè, aut prolixa breviter. Pingue hilariter læta, tristia lugubriter, jocosa facetè, lenia suaviter: ut pulchritudine capias, dulcedine retineas, & affectu moveas animum auditantis.

4. *Affectus* celeres, & læti, dactilis, tardii &

di & difficiles, spondeis aprè exprimuntur.  
Ut celeriter. Ferte citi flamas, date tela, impelli-  
te remos. Virg.

Tardè. Adnixi torquent lumbas, & cœrulea  
verrunt. Virg.

5. Energia actionis ipsis pedibus exhibita, de-  
corem dat eximum carmini.

Vastos volvunt ad littora fluctus. Virg.  
Labor Cyclopū. Illi inter se multâ vi brachia  
tollunt.

Sonitus Tubæ. At tuba terribili sonitu taratana-  
tara dixit.

Glomeratio Equi. Quadrupedante putreum sonitu  
quavit ungula campum.

Lotrices. Conveniunt ad aquas, Ludmilla, Ca-  
milla, Sibylla.

Eduntur strepitus, & ab hac, & ab hac, & ab illa.

6. Cœluræ, & conjunctiones encliticæ li-  
gant versum ad ornatum.

Ovid. Sole tamen, vinoq; carent, annosq;  
sequuntur.

7. Suspensa sententia, & post aliquot ver-  
sus terminata, affert decorum.

Virg. i. Æneid. Ille ego, qui quondam graci-  
li modulatus avenâ &c.

Arma virumq; cano.

8. Carmini tribuuntur cum venustate pe-  
des competentes, ut Jambi Jambico: quod ca-  
men

men, Seneciano metro, & tragedijs non competit; ut meri sint jambi.

Horat. *Beatus ille, qui procul negotijs.*

9. Congeminatio, & ejusdem dictio[n]is repetitio, Elegijs amorem, vel dolorem addit, aut alias affectus.

*O mea tam placido, mea lumina mersa sopore,  
Quid vos, quid varijs ludit imaginibus?*

10. Consolativum carmen, spondeo, vel dispondeo, aptè incipit, & dactylo excipitur.

Virg. *Sin absympta salus, & te Pater optime Teucrum.  
Pontus habet.*

11. Excitorium metrum dactylis delicitur, ex dictio[n]ibus dissyllabis, imo & monosyllabis.

Virg. *Pone metum: feret hac aliquam tibi famam  
salutem.*

12. Epitheta elegantius anteponuntur substantivis: & magno delectu comportata, varie intericiuntur.

Ovid. *Aurea purpuream sua neclit fibula uestem.  
Propertius de Romulo.*

*Non quem sine Matris honore*

*Nutrit inhumane dura pupilla lupa.*

13. Hellenismus exornat carmen. Abstineirarum.

*Vipereas concussa jubas, crinitaque frendet  
Angus caput, tristes, fera fixa, agitata lacertos.*

14. Fabulosum nomen, non incongruè aliquando pro ape lativo ponitur. *Vulcanus* pro igne.

Virg. *Vulcano decoquit humorem.*

15. Figuræ, & tropi melleum carmen, dignumq; Poëtico reddunt palato; si carmen non fuerint nitidum frequentes; nè obscuritatem introducent.

16. Metaphora decorem dat, & Allegoria. Ut dilaniavit opes.

Virg. *Pontem indignatus Araxes*

17. Periphrasis efflorescit in carmine.

Ovid. 2. met.

*Illâ fortè die, casta de more puella*

*Vertice supposito, festas in Palladis arces*

*Pura coronatis portabant sacra canistris.*

18. Anominationes, conjugata, & alia schemata tribuunt suavitatem.

Virg. *Littora littoribus contraria, flumibus undas,*  
*Imprecor arma armis.*

Et. *Longa procul longis via dividit in via terris.*

19. Parenthesis non absq; laude quandóq; interponitur.

*Non jaculo ( neq; enim jaculo vitam ille dedisset )*

*Sed magnum stridens contorta Phalarica venit,*

*Fulminis aëla modo.*

20. Repetitio, quæ in principio eandem revocat dictiōnēm, energiam habet, & affectus movet.

*Te dulces nati, te solo cordis amore  
Te veniente ruunt.*

21. Epanalepsis eadem dictione terminat carmen, quam incepit.

*Viclus amore tui, cognato sanguine viclus.*

22. Complexio eandem in fine repetit dictio nem, habetq; plurimum acrimoniae ac venustatis.

Janus Pannonius ad Fridericum III.

*Quod cesset phœbus obslyx, quod carmine rupto  
Aonia silvæ Deæ: Mars impius egit.*

*Quod spretis audax Musis, petit arma Juventus,  
Et volucres premere audet equos: Mars impius egit.*

23. Conduplicatio carmini quoq; levitatem adferit.

*Hoc si crimen erat, crimen amoris erat.*

24. Regressio cum dulcedine reddit ad priora a postremis.

*Compuleruntq; greges Coridon & Thyrsis in unum:  
Thyrsis oves, Coridon distentas lacile capellas.*

25. Traductio nomen seu verbum eleganter mutat.

*Rex regat solus, cum non regat omnia solus:*

*Qui regit, & regitur, reclitus ille regit.*

26. Disjunctio cum ornatu reddit cuilibet nomini respondens verbum. Sic de Virgilij operibus.

*Pastor, arator, eques, pavii, colui, superavi,  
Capras,*

*Capras, rus, hostes, fronde, ligane, manu.*

27. Affectus attollunt Poësim, sic afflictis tribuitur dolor, miseris timor, Juvenibus iracundia, svavibus amor, duris odium, bonis desiderium, malis fuga, lætis gaudium, adversis tristitia, ira contemptui & injuriæ, metus malis, spes bonis, subjectioni magnitudine, superbis indignatio, miseris misericordia, prosperis invidia, pudor malis, &c. Virgilius introducit Æneam, viso Pallantis baltheo, subitâ irâ contra Turnum exardestem.

*Ille oculis pestigiam sœvi monumenta doloris,  
Exuviasq; haesit: furijs accensus, & irâ  
Terribilis, Tunc hinc spolijs induit mœnum  
Eripiare mihi?*

28. Literis quóq; insunt suæ charites, & energia. Grandia per plures consonantes, lenia per vocales exprimes. Soni grandioris sunt A. & O. tenuioris E. & I. obscurioris V. Magnifici M. gravis Z. & X. levis N. asperi R. Flatum dat F. sed B. C. G. P. T. obscure sonant.

*Elocutio.* Plura in exercitationem repone, Alumne. Nunc age sanctior Amphion, & cithara tuæ emphasi da nova mœnia, & mulam tuam excita. *Alumnus.* Jam ludo.

*At vos pieridum subdite nomina  
Vexillis anima, quas agit entheus  
Musa spiritus, annos,*

## Chorus

*Et dextras date barbytis:  
Quæ tangit tremulo Thessala pollice  
Vidrix. Sicelides illa perenniter  
Æternas meritura*

*Nam palmas adamantinis  
Sulcabant calamis. Ite Favonijs  
Veclii, nec caries invida temporis  
Vnquam rodat honores;  
Nomen funera nescias.*

## CHORUS post partem i.

*Ad Christum Dominum, Beatissimam Virgi-  
nem Mariam, SS. Angelos Custodes, & SS.  
Patronos Regni Hungaria.*

*Sed Tibi primus, Tibi Christe noster  
Nunc eat lætas Chorus inter aures,  
Teq; Ductorem, facili celebrent  
Pectine nervi.*

*Vita Tu nostram vegetas Poësim,  
Quidquid & plectris animata ludit;  
Id Tibi totum resonante buxo  
Debita reddit.*

*Et mihi Partes caneris per omnes,  
Inter & cunas, tumulos & inter;  
Musa Te cœpit, modulata scenam,  
Te Duce claudit.*

*Nempe Tu mundi jubar & dolorum,*

*Patris*

Patris æternas imitate luces,  
Summa virtutum, mihi semper adsis  
Ductor honesti.

Et Tuum nostris venerata Numen  
Musa festivis resonando chordis  
Accinet, dotes animiq; tecum  
Pollice ludet.

Entibicollo sinuatus Hunnus  
Supplici mecum, faveas, precatur;  
Hoc Tibi pulso loveas dicatum  
Bistone Regnum.

Pannones Pax resonent beatI,  
ThraCe DePVLso resonent triVMphos;  
PaX beans agros, nIVels reVisat  
et IVga blgls.

An Cliens, mundi Dominam silebo?  
Pauper in castris mereor *Maria*,  
Et sub hoc dulci labaro merebor  
Miles honesti.

Mellei Virgo tituli, *Maria*,  
Numinis Mater, mare gratiarum,  
Vellus auratum, Domus alma cæli,  
Fæderis arca.

Panno Te matrem colit, & Patronam,  
Ister effusis veneratur undis,  
Urbium Te, Te juga montium q;  
Hungara laudant.

Vt tVVs nobis pla VIrgo paCeM

FILIVS Donet, ferat hoste strato;  
 O párens! a Vres resono benignas  
 porrige Vatl.

Vósq; Custodes modulata plectra  
*Angelos cantant, Domini choraulas;*  
 Celsa, qui nostri moderata Regis  
 Sceptra fovetis.

barbaros Inter pVgILI Venite  
 ô DVCes RegI, rVat & ferus thraX:  
 state pro nostrIs, generosa state  
 AgMIna spartis.

Hungaros nunquam, mea Musa Divos  
 Barbito Reges fileat jacente,  
 Præfules, & qui coluere Patres,  
 Antra nemúsq;.

Martyrum flores tulit, & venustum  
 Lilium tellus tulit ista Nostra  
 Virginum; in sanctis Viduis rosata,  
 Vedit & Orbis.

In choris, ac in solijs refusit  
 Sanctitas nobis, meruitq; castris,  
 Milites Sanctos tribuens Ducésq;  
 Hungara tellus.

In Ducum virtus habitavit aulis,  
 In tribunal radiata fulsit,  
 Hæc & in vicis, verecunda sanctos;  
 Intulit Orbi.

Urbibus folis minimè prehensa

Sancti-

*Partis I.*

Sanctitas, campos, juga montiumq;;  
Per nenuis, sylvas, latitans per ipsa  
Antra refusit.

Syllabum quisnam numeret tuorum  
Panno sanctorum? quibus alma claris  
Mater, & Divis facibus nitens Ec-  
clesia fulget.

State pro Vesta patria patroni,  
Deserat nos hos fVGtIVVs agros  
ThraX rVens, paCeM LYra gratioso  
Insonet cestro.

*INTERLUDIUM PARTIS I.*

Satyra carpit vitia Poëticæ Inventionis, Dispo-  
sitionis, & Elocutionis.

Satyra. O quoties pulcherrimum Carminis  
florem inficit pestis, & lucuosa culius Poëticæ funera  
eduntur! Jacent sapè squalidissimo versus situ, me-  
liorq; species deformata succumbit. Neo-Poëta. Quid  
hoc luci? quis carmini eripuit amaranitatem? Sa-  
tyra. Inepta Versificatorum queror nugamenta, qui-  
bus suavissimam inquinant Artem. Alius enim, ex  
obvio quovis fonte desumptos versui inspergit conce-  
ptus, & cum maxime debuissest deletere, nescio quid  
horridum subimuratur. Alius nullo servato ordine,  
confundit omnia, & Dispositionem pejsumdat. Tertius  
miserabile quid versibus asperat. Neo-Poëta. Re-  
cense hac Vitia, eorumq; enarratione mecum paulisper  
tempus falle. Satyra.

*Satyræ.* Carmen impingit in vitium diversis modis.

1. Quando absq; ulla necessitate nimis prolixum est, adeoq; savitatem amittit.

2. Sine cæsura incultum est. ut

*Nos Praeceptor doctos iussit scribere versus.*

3. Perturbatus sensus lædit carmen; nisi materia exigat, ut læta tristibus, & vilia sublimibus intermisceantur.

4. Ineptæ epithetorum, & monosyllabarum, jam, nunc, &c. adjectioñes, nitore suo spoliant versum: quod etiam contingit, dum lugubria meris dactylis, & ad festivitatem aptis; læta verò spondeis exprimuntur.

5. Dictiones ab ijsdem inchoatæ literis, in quas desierunt antecedentes, decorem tollunt metro.

*Fraternas Arages, pestri clausi, prata cruento.*

6. Hemistichium non bene desinit in dictiōnem monosyllabam.

Catull. *O Dy! reddite mihi hoc proprietate mea.*

Nisi tamen excusat cursus, uti Ovid,

*Magna tamen spes est in bonitate Dei.*

7. Pentametrum hiulcè desinit in anapæstum, tribrachim, choriambum, monosyllabum, & participium.

*Hic Juvenis, multum jam foret ingenuus.*

8. Versus Macrocolus, & monosyllabus offen-

offendunt, ille nimia prolixitate, hic brevitate.

Perturbabantur *Constantinopolitanis*

*Innumerabilibus Sollicitudinibus.*

**Aut.** *Non est ex his, qui se sanos vivere curant.*

9. Abundans versus, & dictiones divisæ  
gratiam tollunt metro.

*Lucis oclavum dedit alter hunc Dies piter ortum.*

10. Epithetum statim suo nomini jun-  
ctum, & repetita eadem syllaba quandoq; car-  
men dulcedine privant.

*Sanguine fraterno primi muri maduere.*

Meliūs ita: *Primi fraterno maduerunt sanguine muri.*

11. Versus Leonini, Echici, & Macaroni-  
ci, in quibus videlicet patrij idiomatis dictio-  
nes latinis vocabulis permiscentur, nisi con-  
cinnè fiant, & cultu adornentur, non semper  
svavitatem consequuntur. uti

*Leoninus. Si Troja fatis aliquid reflare putatis.*

*Echicus. Exercet mentes fraternalis grata malis lis.*

12. Asperè commiscentur A. & O. Ora  
omnes, A. & V. Dura ulcera, O. & V Cœ-  
lo udo.

13. Syllabæ in se repetitæ insulsum faciunt  
carmen.

*Ootto tenet mappam madidam mappam tenet otto.*

14. Nimis frequentes elisiones agonem  
inducunt versui, uti in hoc synalcephlico

*Frustra ego opem omniem kumi amo. Alia  
babe*

*habe homo; ab ġ, bumi ope omnem opem habebis.  
Tu in me ita es, hem in te & ego; ut tam te ibi  
amem, quam amo me hic.*

15. Dictio obscurè divisa indignam notam carmini inducit.

*Ut Miles stultus obliviscitur sua calcaria.  
Kyrie eleison canant, qui senuere in Aula.  
Magister Bartholomeus ædificat templam.*

*Misua los stultus calcaria viscitur obli.*

*Kyrie, qui senuere, canant eleison in Aula.*

*Ter magis ædificat Bartolo templamens.*

16. Ineptè reducitur in carmen: Claviger unus erat, qui centum claves habebat.

*Centum claves claviger unus habebat, erat qui.*

Sed quid vicijs pluribus recensendis occupemur? Absit hæc lues à Poësi, cuius Partem primam hic terminatam volumus.

## P A R S II.

### *Infantia, & Pueritia.*

Carmina Genethliaca, Gratulationes Festorum, Laudationes Pueritiae, Salutationes, ac valedictiones,

## *I N D U C T I O I.*

Lucina animat Poëram ad illustres cunas celebrandas; qui cantaturus, priùs Lyram instruit, methodū carminis Genethliaci exponens.

*Lucina. Hic te imbelles vagitus in certamen  
vocant.*

vocant, Musa. Nisi hâc tam blandâ cunabulorum spartâ excidere velis, ista tibi exornanda & defensanda est, non igneis telis, qua funestus Mulciberi focus submittit, sed delicatis affectibus, à fecundissima natis Poësi, & in tenelli amoris officina elaboratis. Sollicitant festiva Genethilia, & plenissimi suavitate nutus tuam provocant Lyram. Age, & hac prima Generis humani conditoria, metrorum condias dulcore. Neq; enim hac initia Vita, obruenda silentio sunt; qua vox vocalia, iam molli vagitus tuam invitarunt humanitatem. Poëta. Ulro ab ipsis etiam innocentibus elegantis Infantiae illecebris alleclus, pareo, & ad bellissimas delatus cuas, osculum Sanctæ Innocentie defigo. Date hic plausum Musæ, & resonante Lyra; pro quibus hac esto methodus:

1. Propositio quam brevissima, more Virgiliano indè deduci potest, quod magnum quidam Poëta sic decantaturus, illutria nimis rum cunabula, tot nobilitata ceris; vel etiam à communi lætitia, aut circumstantia Familiæ, temporisq; desumatur.

2. Invocatio cum summa brevitate ad Cælices, & maximè Christum natum, Deiparam, aut S. Patronum dirigatur.

3. Deinde enarranda erunt, & describenda natalitia, & lætitia publica exponenda: Describe anni tempus, temporisq; circumstantias, fausta ex eis omnia, Christiano tamen more, deduc-

deducens; excurre in laudes parentum, & prosapiæ; alloquere Infantem; prædic, & precare felicitates; offer ei carmina, & vota; insperge frequentia blandimenta fictionum; adorna cunas flosculis Poëticis; efforma conceptrus ex nomine, stemmate, & tempore; tandemq; inter festivas conclude appreciationes.

Spectant hic jucundiores descriptiones, blandiores Elegiæ, suaviores Odæ, festiva Poëmata; curiøq; Epigrammata, Emblemata, Anagrammata, Acrosticha, & Chronostica affigi possunt. Prout nos ex parte facimus in sequenti Inductione 3. hujus partis, ac alibi, maximéq; Parte III. ostendemus.

## INDUCTIO II.

Poësis Chelim jam iam Genethlia lusurā, vario priùs cultu exornat; supellectilem nempe eruditionum pro excolendo carmine suppeditat.

Poësis. Suspende nonnihil Lyram, Poëta; antequam ludas, excornanda erit, ut suaviss moduleris. Comportatas habe eruditiones, cœn flosculos, quibus excolas nervos, ut dulciss sonent. Insperge frequenter cultum, ne tamen supra necessitatem.

*Lucina* quasi lucem dans: à superstitione antiquitate Nativitati præficiebatur. Potest sumi pro Gratia, aut Providentia Dei, sive pro Natura.

Pallade

*Pallade* natâ è cerebro Jovis, auream cecidisse pluviam non ineptè fingunt Poëtæ. Quia sapientia invehit aurea quodammodo tempora. Accommodari potest Christo Domino recens nato.

*Saturno* genito auream fluxisse ætatem, nullum fictionis dedecus est; si optima illius sæculi tempora intellexeris. Ab eo autem natos assumptos fuisse, fabula est, & non est, si pro tempore acceperis; quod omnia edit seu consumit.

*Ledans* ex Jove in Cygnum mutato, Pollucem, & Helenam, Castorem, & Clytemnestram peperisse, si mutationem Jovis spectes, fabula est; secus verum esse potest.

*Seleucus* cum impressa anchora natus; spem boni ominis fecit.

*Zoroaster* ridens est natus, & gaudium communibus lachrymis substituit.

*Curius* Dentatus cum dentibus prodijt ex utero materno.

*In ore S. Ambrosij* Infantis, Pindari, & Platonis apes mellificarunt, præ sagæ futuri eloquij, ac sapientiæ.

*Servij Tullij* caput in cunis flamma cinxit, Regiæ lucis præ sagio.

*Paridem* Hecuba ceu facem intra viscera accensam sensit, Troiæ tandem exitialem.

*Augustum* enixa mater, solem genuisse sibi visa est; sub quo natus Christus sol Justitiae.

*Periclem Mater Agarista paritura, putavit se Leonem utero tulisse; omine virilis fortitudinis.*

*Semiramis* infans exposita est, & educata ab avibus, præcipue columbis.

*Hercule* in lucem prodituro, noctem in duas protractam fuisse fabulantur Poëtæ. Quasi in tanto Heroë producendo plus solito natura laborasset, qui adhuc infans in cunis angues elisit.

*Vipera* dum nascitur, occidit matrem, per ventrem erumpens in lucem.

*Cæcilias* Agrippa vix natus, in pedes se erexit.

Vide Interludia sequentia, & præsertim post hanc 11. Partem; item consule Inductio-  
nem 4. hujus Partis, gratulationibus lustricis  
inscriptam.

*Fortes creantur fortibus: & bonis:*

*Est in juvencis, est in equis Patrum*

*Virtus: nec imbellem feroce*

*Progenerant aquila columbam.* Hor. l. 4. od. 4.

*Et genus, & Virtus, nisi cum re, vilior algâ est.*

Hor. lib. 2. sat. 5.

### I N D U C T I O     III.

Poëta ad cunas Christi Domini canit & modu-  
latur.

Poëta. *Adeste elegantes Poëseos comites, &*  
*vestro stiparam Satellitio Musam, ad imbellis In-*  
*fantie cunas sistite. Elegia, hic pone luctum, &*  
*eristem exuta peplum, laiori se in due culu. Po-*

ēma, graviores desige cothurnos, & majestatem tuam tenelle et atula inclina. Exere hīc sales, Epigramma, sed cum blando joco ad festivitatem & latitiam. Huc bella mentis imagines, Emblematā, & quidquid acumen ingenij transtulit in tabellas, eruditis coloribus distinctas. Adferte Musa Lyras, & quidquid nervi possunt, resonate, navigansibus plectris, barbitisq; tinnientibus. Sed procul hinc profana; nē mihi insoner buxus sacerularis; sacra canenda sunt, & cūa Salvatoris celebranda.

De Christo Domino recēns nato,

I Nstrue Musa lyras, mecum cunabula Christi  
Concine, factus homo, quæ subit ipse Deus.  
Barbita cælestes date, stringite plectra Choraulæ,  
Nec pigra tam festum duc pia turba diem.  
Quem tacitis pridem venturum passibus Orbi  
Jesseus cecinit, nascitur ecce puer.  
Hic Puer ille, Charis quem formosissima mundi  
Edidit, hanc Nympham blanda nigredo tegit.  
Omnes, ista quidem superat celeberrima, formas;  
Sed, præ Matre tamen plūs nitet ore Puer.  
Ore super Charites, super omnia candidat astra,  
Quidquid & est pulchri, Pupulus almus habet,  
Picta nitent stellis, & jactant sidera lumen:  
Flexerit hic vultum, nox teget atra polum.  
Explicat hortus opes, & florum gratia ludit;  
Condet ut iste genas, nil feret hortus opum,  
Mellis Aristæi frutices dulcore redundant.  
Dum negat hic labrum, nonnisi fellā dabunt,  
Orpheus sva visonis ludit modulamina plectris;  
Barbita triste sonant, dum silet iste Puer.

Ipse super speciem, super omnia pulchrior ipse,  
 Collocat in vili, membra tenella, thoro.  
 Cujus planta polos sublimi Numine calcat,  
 In stabulo potuit vix reperire locum.  
 Cujus ad imperium diffundunt sidera lucem,  
 Nocte subobscurâ sol novus antra subit.  
 Numine cuncta tegens, nudus perstringitur Austris.  
 Quēis jaceat stipulis, non habet ille satis.  
 Cœrula qui stringit cœlorum fulmine templa,  
 Concavitur rigido tota per ora gelu.  
 Dædalus, astrorum vili procumbit in antro,  
 Exul in inculta Diva propago specu.  
 Blandule delicijs, spargendeq; lectule pompis,  
 Salve purpureis accumulande rosis.  
 Ah nec liliolis, nec acalthis lectule strate!  
 Liliolisq; tamen pulchrior, atq; rosis.  
 Cesses, nec valido venias niger imber ab Austro,  
 Densaq; nec tacitos imprime lana pedes.  
 Nec Scythicis Borea baccheris in aëre buccis,  
 Sithonio stabuli tunde nec imbre latus.  
 Ptuus, ô felix, si Jesu lectulus essem,  
 Calfacerem fuso membra cruore tua.  
 Me Tibi jam totum sed dedico, suscipe munus:  
 Nec tibi, quod donet, plus mea musa potest.

*Poëma de Nati-vitate Domini, à cir-  
 cumstantijs temporis, & loci.*

Fœdere iussa Dei festiva Genethlia, Vatum  
 Decantata metris, infantilēsq; Tonantis  
 Lunas, Bethlehemijs impletas Numine caulas  
 Concino. Cœlestes Genij date plectra canenti,  
 Illustrisq; mihi renentralia pandite caulæ;  
 Lampade quā flagrans Amor irradiaverit antra,  
 Strinxerit immensum tenuissima fascia Numen.

Nox erat, & cæco stertebat lumine tellus;  
 Ignipedes demersus equos & Phœbus habent.  
 Considerat pelago, fessum solatus Eoum  
 Abluerat. Tunc alta quies terraq; mariq;  
 Strata piger tunc membra sopor langventia pressit;  
 Affulxitq; polus stellis oculatior Argo,  
 Nigra suo gaudens sudo nox vœcta jugali.  
 Uda poli lampas, princeps argentea noctis  
 Cynthia, festinis pulsavit curribus astra,  
 Ætheris & candens implevit cornua mater,  
 Alma soror Phœbi procul hæc à Fratre refulxit,  
 Integra jam plenos vibrans nitidissima vultus.  
 Irradiata magis nunquam Cynosura nitorem  
 Diffudit, septem Berenice fulgida stellis  
 Iactavitq; comas, facibus redimita corona  
 Gnoſſia, prælambit quæ rustica tela Boötis.  
 Plauſtra poli rutilo vixerunt axe serenum;  
 Ipse Draco medius prælongæ ſyrmate caudæ  
 Cui pavit gyros, victoribus ora reclinans  
 Alcidis pedibus. septenis cornua Taurus  
 Incinxit stellis, magis & via lactea fulſit,  
 Pronuba ſed cælo micuere parelia luce  
 Splendidiūs, nova dum iactavit ſtella capillos;  
 Nuncia facta Dei, Divinum nuncia ſolem  
 Præventura ſuum, ceu nati Phosphorus eſſet.  
 Quidquid habet fornix aurato lumine cæli  
 Nobile, ſtella rapit palmam nova; quidquid Orion  
 Poplite iactavit lævo, vel ſpica Puellæ,  
 Et Canis ore faces pumans vicinior Austro.  
 Non Lyra, non oculus Tauri, nec clara Capella,  
 Cer neq; ſic Hydræ, nec Acarnar, cauda Leonis,  
 Non Paphiæ fulſere comæ, nec Scorpio corde,  
 Jupiter Arcturus, nitidi vel ſtella Canobi,  
 Pleiada, non Hyades, nec pulchra Lacinia cæli  
 Meſſoris, rapter Ganymedis, Calliopea,

Angvicomi viætrix colli, quas dextra Medusæ,  
Andromedæq; faces spargunt: nova Stella triumphat.  
Stella super cæli longè fulgentior astra,  
Nuncia prognatæ præcessit clara salutis.

Ipsa quies noctem tenuit tranquilla beatam,  
Nec Scythicis sonuere tubis tunc agmina venti;  
Æolus ipse prior dederat piger ora sopori,  
Morpheus & buccas validi compresserat Austræ.  
Nox tranquilla fuit, quâ post tot vota Parentum,  
Tandem post lachrymas, suspiria, funera, cædes,  
Ingenti postquam tremuissent corda pavore,  
Lethæis vincitus gemuisset Mundus habenis,  
Postquam Tænarijs jacuissent mersa tenebris  
Pectora; Virgin eos postquam subiisset in artus  
Divorum Rector, celso delapsus Olympo,  
Et vaga crispâsse cum sphæras Luna novenas;  
Nascitur in paleis hyemali tempore Christus.  
Quem prisci cœcinere Patres, cecinitq; Sybilla,  
Enthea fatidico millenis carmine quando  
Cortinis velata suis oracula pandit.  
Hæc tibi præ reliquo sors facta est tempore, bruma,  
Tu patientis eras subiturâq; Numinis hospes,  
Algantis densata gelu, dum culmina terræ  
Stant, glacies, gelidaq; casas nix integrit antri.  
Vile specus patuit. Dominumq; recepit Olympi:  
Non aulæa manus Phrygiæ fluxere per ædem:  
Spreverunt talem ditissima Numina pompam.  
Murice Sidonio non tinctum splenduit ostrum;  
Hinc aberant auri pretiosa talenta rubentis,  
Magna flagellarunt ibi nec cimelia cistas:  
Fascia parva vices trabeati gesfit amictus.  
Abluit Assyrius Pueri nec corpora nimbus;  
Non hic Chloris humum violis, néq; texit acaltha,  
Desuit affundendo rosas, Narcissulus autem  
Fusio totus erat, cunctis formosior Infans,

Sicq; jacens, sic ille manus, sic colla movebat,  
Sic oculos, sic ille caput, sic ora rotabat,  
Summis sic Matri ficebat basia labris.  
Sed Styx infremuit: timor & percurrit in Orcum,  
Plena metu miseri tremuerunt ostia Lethi;  
Trux stomachante manu laceravit & ora Satelles  
Inferni, circum lymphaticus erro cucurrit,  
Percussusq; sinum, defædatusq; lacertos,  
Dentefremens, & damna dolens, ventura timensq;  
Orcus terribili laniavit pectora rictu:  
Quando recens natum victorem sensit Averaus,  
Ingens qui Stygios Heros prosternit Alumnos.  
Pax nova jam canitur, cum Princeps cinctus olivæ  
Venit, Achaja parit, quam nec sicyonia bacca.

*DE NOVA STELLA*

*Nato Domino exorta.*

**C**andida natalem Domini quæ stella prævit,  
Nuncia Divini fax nova solis erat.  
Sanctior est Christus sol mundi: debuit ergo  
Præcursor solis Phosphorus esse sui.

*Ad Iesulum infantem,*  
*Paleis impositum.*

Blande, quid in vilem descendis Pusio Caulam,  
Et nostro paleas ignis amore subis?  
Algida nostra cupis, flagrent ut pectora? cessa;  
Jam satis inflamas; perdon amore tui.

*I. Emblema ad cunas Christi.*

*Cunis illigatus Infans, defluentibus è calo*  
*floribus, irradiatur à Spiritu Sancto.*

*Lemma: Propago Tonantis.*

Diva Dei soboles summiq; Propago Tonantis  
Inde rosis petitur, Pneumatis inde face.

*Pars 2. Inductio 3.*

Scilicet illustrat terras, & mulcet odore,  
Fortior igne tamen, suavior atq; rosis.

*2. Emblema.*

*Infans in stabulo jacens ex antro radios vibrat.*

*Lemma.* Non conditur umbris.

Induit ut pullum nox obscurissima peplum,  
Lux nitet hæc, tenebras irradiando fugat.

Nam clarū densis lumen non conditur umbris,  
Plus, plus à nigra nocte, nitoris habet.

Clarior ut mundo fax ergo Christus adesset;  
Ad noctem voluit nascier ille nigrum.

*Ad Jesulum in cunis Oda 1.*

*Itē vota Jesulo,*

*Roratæ vates stillulas amoris.*

*Insuper nitentia*

*Manate cordis rivulo fluente*

*Verba. Musa bellulo*

*Huic Daphnidi, nunc Musa lude buxis.*

*Clariore Cynthiâ*

*Hic noster Infans luce totus ardet.*

*Puriore Cynthius*

*Illo refulgens arsit ore nunquam,*

*Memnonisq; vel parens*

*Aurora. Vates barbiton sonate.*

*Daphnidi, tenellulum*

*Vincit corpus fascijs Puelli.*

*Item Oda 2.*

*Te Mater paleis Pusio qualibus*

*Invol-*

Involvit ; rigido subter & horrido  
Cælo , frigoribus stramine pervio,  
Et caulam Boreis concutientibus ?  
Hic valvæ stabuli jugiter asperi  
Vulturnos patulæ faucibus hauriunt ;  
Tectum vimineo tegmine vile stat.  
Stant densata gelu dura cubilia  
Infantis , paleis undiq; pervijs ,  
Procumbit Dominus talibus in thoris :  
Sed cùm totus amans igneus ille sit,  
Æstu flammifero frigora perdomat.

*Item Oda 3.*

Huc pleætra Vates , huc Lyrasq; vertite,  
In stabulo Puerum  
Læto sonemus pollice.  
Hic hic Camœnæ barbiton resumite ,  
Et Clariâ Citharâ  
Cantate bellum Jesulum.  
Cunas ligustris hic , rosisq; perplue  
Turba nitens Dryadum ,  
Perfunde stratum Lilijs.  
Huc tota florum tota pompa prodeat ;  
Ferte rosas calathis  
Musæ repletis Jesulo ;  
Fulcite cunas svavibûsq; floribus.  
Inter odoriferam  
Turbam jocetur Pusio.

*Ad Jesulum in brachijs B.M.V. Oda 4.*  
Salve , jam Puer oscula

Blandus Virginēis vultibus imprimis.  
 Tu sanctissima portio  
 Tam casti rutilans pectoris incubas  
 Ulnis, molliter optimæ  
 Comittens Cycladi brachia Virginis  
 Involvenda, premis sacris  
 Et collum labijs Dulcis eburneum.  
 Imple nunc mihi Pusio  
 Has ulnas etiam. Totus amoribus  
 Flagrabo super igneas  
 Tædas. Arsero sic, bellule Pusio.

*Ad Jesulum in cunis oda 5.*

Hic ubi Divinos sacra carbasus integit artus,  
 Qui levibus stipulis  
 Incubuere, lateri supremi pignus amoris,  
 Pusio mellifluus.  
 Ora nitent albis cui candidiora ligustris,  
 Lilia bella super.  
 Colli formosum jucundè pallet eburnum,  
 Quale tulit Lybia.  
 Et facies pueri candens innubila fulget,  
 Sidera clara super.  
 Quas veterum Charites effinxit fabula vatum,  
 Et species hominum,  
 Bellulus eximijs vultūs Puer iste triumphat  
 Purpureisq; genis.  
 Alluit albentes & malas roscida nubes,  
 Sangvincisq; liquor.  
 Hic majestati placidi copulantur amores,  
 Nobile coniugium!

Hunc

Hunc Polus, hunc tellus, cupit istum Pontus  
Hunc subamœna juga; (Amorem,  
Hunc Puerum Salomonis agri, Carmelus, &  
Omnia percipiunt. (Hermon,  
Engaddi montes illi sua culmina nutant;  
Templa Sionis avent.  
Sed Tibi complexo pia dextris basia figo:  
Blande Puelle vale.

#### I N D V C T I O IV.

Poëta à Pueritia provocatus, hujus  
laudandæ præcepta à Poësi accipit;  
Discit gratulationes iustricas, & festivas saluta-  
tiones, valedictiones, & varias in his  
ocasionibus eruditio[n]es.

Pueritia. *Habe etiam me, Poëta, ad cultio-*  
*res literas ultrò properantem. Age, me veluti*  
*ceram in obsequium blandiorum studiorum infle-*  
*ete, & in perbellam effinge imaginem, ad securu-*  
*ras arates permansuram. Poëta. Suapte provocor*  
*ad excolendum celebrandumq[ue] Genium Tuum.*  
*Impellis èò magis quò plus virtutis præsagia in bo-*  
*num indole præfers. Sed ô Poësis adesto, &*  
*porridge regulas, ad quas Pueritiam exerceam.*  
Poësis: *Misissimâ disciplinâ etatem hanc exerce*  
*præceptor, cum videris ultrò in virtutis cultu-*  
*ram flecti; educ eam non modo in scholis, verùm*  
*etiam extra earum parietes in obrurum Illustri-*  
*um personarum, in gratulationes festorum, simi-*  
*litatiq[ue]*

*liaq; exercitamenta; ut hisceu velitationibus se  
verioribus, quondam studijs, & actionibus prælu-  
dat. Et nunc has accipe regulas sive instruc-  
tiones.*

### *I. LAUS PUERITIAE.*

**L**AUDI nativitatem; exaggera ejus tempus,  
& circumstantias; deprædica splendorem  
Familiaæ, Parentes, & Antecessores; educatio-  
nem, & institutionem commendā; tecense ca-  
pacitatem; prædica Indolis bonitatem ad virtu-  
tes proclivein; teneras enumera dotes; & quid-  
quid in hoc ætatis crepusculo dignum laude oc-  
currit, attolle, nulla tamen adscititiae gravitatis  
majestate intumescens; & inter, solemnia vota  
atq; appreicationes conclude.

### *Eruditiones pro hac materia.*

*Socrates* instituturus Platонem puerum, vi-  
sus est cygnum videre è gremio suo prodeun-  
tem, qui cantu impleret orbem. Fulgos.

*Temistocli* s̄epiūs Præceptor dixit: Tu nihil  
mediocre es, sed omnino; vel magnum Patriæ  
lumen, vel magna pestis.

*Cyrus* puer inter coævos ludens, Rex à pue-  
ris creatus, jus regium exercuit.

*Cato* puer Legatos Latinorum ad Drusum  
Patruum suum venientes, & se ex joco rogan-  
tes, num eos apud Drusum juvare vellet, immo-  
to, acrig; vultu perstrinxit.

*Alexander Magnus* adhuc puer, Legatos Per-  
sarum ad parentem suum venientes, eo absente  
excepit.

Inge-

Ingenium cæleste suis velocius annis. *Claud.*  
Heroum, & Leonum filij paribus virium in-  
crementis adolescentur.

O formose puer, nimium nè crede colori;  
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra legun-  
tur. *Virg.*

Consulatur Interludium post hanc partem II.

*II. Modus gratulationum nominis, seu lustricarū.*

Gratulatio deducitur ex circumstantijs tem-  
poris, vel loci, aut personæ; item ex nominis  
etymo, aut gestis Divi Tutelaris, atq; insigni-  
bus Familij; plausus excitatur, quod in columem  
videas, cui apprebaris. Allusiones fiunt ad no-  
men, ad stemma, ad tempus, personam, & Di-  
vum Patronum. Demum festivi conceptus exe-  
runtur; omnia fausta capiuntur, & inter vota  
concluditur.

*Supellex eruditæ pro gratulatione nominis.*  
Nomen sine æctu & officio nihil est. *Salvianus.*

Discite omnia præter virtutem mutare no-  
mina. *Sen.*

Principis nomen, omen esse solet felicitatis.  
*Alexander Magnus* militi *Alexandro* in obsi-  
dione Tyri dixit: Aut nomen *Alexandri* immu-  
ta, aut geras te *Alexandrum*.

Caro emitur nomen immortale.

Illis, qui nominis immortalitatem quærunt,  
unica via est, laudabilis vita. *Antistib.*

*S. Augustinus* tria habebat in votis: vidisse  
Christum in carne humana, Paulum concionan-  
tem, & Romanum triumphantem. *Au-*

*Augustus Cæsar optabat fortitudinem Scipionis, benevolentiam Pompeij, & felicitatem Cæsarum.*

*Lætitia loquax est, & ostentatrix sui. Symmach.*

*Nihil tam difficile, quam differre gaudia.  
Quintil.*

*Norationes Nominis sunt: Adamus à dando, Clara à claritate, Constantia à fortitudine. Margarita, felix unio, Theodorus, donum Dei, Augustinus, nunquam sine incremento, Ambrosius, nunquam sine nectare, Vincentius, vinci nescius nisi à se; Cæcilia umbras odit; Ferdinandus sub quo cessabunt ferrea sæcula; Barbara, plena humanitate, Anastasius, apud quem semper anastasis virtutum; Nicolaus, Sanctorum Midas, etiam dies in aurum mutet. &c.*

*Anagrammata: Leopoldus; pello duos, Maria Magdalena, grandia mea mala; Sebastianus, subite sanas. Joachimus, io hac imus. Simon, imons, Ambrosius, amor subis; Georgius, gregis suo. &c.*

*III. Modus gratulationum pro festivitatibus  
Nativitatis Domini, Novi anni, Pascha-  
tis, Pentecostis &c.*

*Pro novo anno fingi potest obitus anni elapsi, noviq; nativitas. Ubiq; explicetur communis lætitia, & ei junge speciale gaudium, quod ex persona, cui gratularis, capis. Adjuncta festi, circumstantiae temporis, & personarum, cum festivis conceptibus dilatantur. Itur in lætas acclamationes; acumina ex festis, & tempore eliciuntur*

ciuntur; defiguntur vota; & faustissima omnia concipiuntur.

*Supellex erudita pro gratulationibus festorum celebrium.*

*Pro Nativitate Domini.*

Dī quoq; ut à cunctis hilari pietate colantur,  
Tristitiam poni per sua festa jubent. *Ovid.*

Venit post multos una serena dies. *Tibul.*

Plures orientem solem venerantur, quām occi-  
dētē. *Plutarch.*

Solicita magni pretia natales habent. *Sen.*

Luce sacrâ requiecat ager, requiescat arator,  
Et grave suspenso vomere cesser opus. *Tibul.*

Nube solet pulsâ candidus ire dies. *Ovid.*

Die feriarum etiam lugentes rident. *Petron.*

Quilibet dies viro bono festus est. *Diog.*

Hodie sol Justitiæ inter Virginem, & Taurum  
oritur; quia ex B. M. V. præsente bosculo na-  
tus fuit.

Fabula est, solem fuisse hospitem apud Ægyptios: hīc nobis sol Justitiæ Christus hospes adest.

In nativitate Palladis, & Saturni aureum im-  
brem & sæculum fluxisse, fabula est. Si tamen  
Pallas pro sapientia, & Saturnus pro patre tem-  
porum, sumantur, in Christo Domino veritatem  
vides.

Christus Dominus delicium est generis hu-  
mani, non ille Titus.

Athenienses hoc tempore celebrabant festū  
Amoris: Amor noster est Christus.

In na-

In natali Domini sol inter spicas apparuit coronatus; fons olei Romæ erupit; Vineæ Engaddi floruerunt; tres soles sunt visi; saxa lachrymis similes guttas eliquârunt; Pacis templum Romæ corruit; Delphicum oraculum, & Hammon siluerunt; nova stella effulgit.

Alcyon in summa maris malacia nascitur. Pingatur hæc avis pro symbolo, cum lemmate: *Cœlo concepta sereno.*

Pingatur Iris cum lemmate: *A magno maxima.* Quò enim altior est sol, eò major est Iris.

*Pro Novo anno.*

*Annus Platonicus* seu magnus continet nostros plusquam 25. milenos.

Janus biceps, à quo Januarius; quia & præteritum annum respicit, & præsentem inchoatum.

Xenia seu munera in novo anno & olim mitabantur amicis, & nunc dantur.

Nihil salubre, nisi quod toto anno salubre est. *Plin.*

In rebus humanis sæcula intereunt, causa recurrit. *Fam.*

Pingatur pura tabula cum lem. *Melior fortuna notabit, aut, Felicitati,*

Auspicio felix totus hic annus eat. *Ovid.*

Involent in te fortunæ cum Crœso; numeræ candido cum Polycrate dies; influant dormienti etiam, ultroneæ victoriæ cum Timotheo; fiant aurei dies, quos attigeris; assurgat in rosas, quid-

quidquid calcaveris cum Persio, & in laurum,  
quidquid palpaveris.

Allusiones fiant ad circumcisionem Domini,  
quæ tunc celebratur.

*Pro Epiphania Domini.*

Sanctorum Regum munera exaggera, & ali-  
lude ad ipsa. Vide auriferos fluvios, & loca au-  
ro, thure & myrrâ abundantia in sequentibus  
interludijs.

Allusiones fiant ad stellam novam, & quod  
ex Oriente venientes Astrologi, querant solem  
nostrum Divinissimum Jesulum.

*Pro Paschate.*

Phœnix Arabiæ avis resurgit ex cinere suo  
redivivus.

Pausanias scribit, Orphei sepulchrum produ-  
cere cantu excellentes Luscinias.

Allusiones fiant ad transitum maris rubri, a-  
gnum Paschalem, ad victorias, & triumphos  
Christi Domini resurgentis.

Consuluntur subsequentia Interludia.

*Pro Pentecoste.*

Huc spectant acumina in lingvas igneas, to-  
nitru & nubes, pluviâsq; flammeas, item in Amo-  
rem, & Consolatorem cælestem.

*IV. Modus salutationum.*

Salutationes multipliciter absolvuntur. Com-  
muniter tamen gaudium ex adyentu conceptu,

& mœror ex absentia introductus explicantur. Exterorum locorum distantia, laus peregrinationis & Provinciarum, pericula aut felicitates, descriptio Regionum, facta illustria, combitæ Artes, Hos�itis apud externos amor, & similia exaggerantur. Hospes laudatur; amplificantur adjuncta personæ, temporis, & loci. Tandem inter gratulationes & applausus terminatur Poëma, à quibus etiam initium habere poterit, maximè si fuerint explicata vota, quibus adventus desiderabatur, & significatum fuerit, omnem diem tædiosam fuisse præ expectatione, adeoq; litatas Numini preces; prout tali principio inchoari salutatio potest.

*Supellex erudit a pro salutationibus.*

Amicos incolumes cogitare & intueri, est melle frui. *Sen.*

Dijs thura, illustribus hominibus laudes debentur.

Lætitia loquax res est; & ostentatrix sui. *Sym.*

Bona valetudo blandissimum est condimentum. *Plutarch.*

Hospites à Jove sunt omnes. *Homerus.*

Memnonis statuas ad ortum solis vocales fuisse redditas, fabula est.

Ægyptijs fuisse hospitem solem, & mensa exceptum, fictioni debetur.

Ad Alexandri Magni adventum sudâsse Libethris simulacrum Orphei, Scribunt.

Neapolis Pompeium obvijs lampadibus, & coronis exceptit hospitem. *In-*

*De Gratulationibus festorum.*

52

Inhospitales Scythæ, Thraces, Polymnestor,  
Diomedes, & Bulyris.

Apud Jōnes statuæ transeuntibus dicebant:  
salve, responde. *Alex. ab Al.*

Olim in adventu Principum varij odores ac-  
cendebantur. *Athen.*

*Adagia.* uti: semper aliquis in Cydonis domo.  
quia fuit hospitalis. *Scindere penulam;* *Fores*  
*habere tritas,* ut pastorum casæ sunt.

*Symbola.* uti: sol vectus quadrigis, cum lem.  
Illustrabit omnia. Item corona laurea in annulū  
desinens, cum Lem. Hilaritas universa. Item Lu-  
na plena, cum lem. Visitavit nos oriens ex alto.

*V. Modus Valedictionum.*

Ponitur dolor, quem concepit animo Ami-  
cus, quod Amicum debet deserere, in cuius lau-  
des excursus fiat. Describitur necessitas aliò  
pergendi, gratiæ aguntur, & cum jam migra-  
dum sit, vota promuntur, & protestatio fit; quod  
ubiq; circumferenda sit recordatio amici, cui  
fausta devoventur, & Numinis dispositio dici-  
tur esse, quod ab Amico sit discedendum.

*Supellex pro Valedictionibus.*

Viri plurimi illustres extra patriam glorioſa  
fecerunt, ut Hercules, Theseus, Orestes &  
Pylades, Vlyſſes, Achilles, Æneas, Alexander  
Macedo &c. Et extra patriam obierunt, ut  
Pythagoras, Cicero, Virgilius, Alexander Ma-  
gnus, Scipio, Hannibal, Ovidius, Seneca, &c.

## INDUCTIO V.

Poëta describit Divinissimi Jesuli pulchritudinem, tum Festa gratulatur Magnatibus, & salutat.

Poëta. *Paucis instructus adsum, in laudes Pueritiae excursurus. Subi scenam tenera Ætas; nec hic tantum intra parietes delitesce domesticos in apricum exequuntur, & pulsanda Lyra ad illustrium aures personarum. Pueritia. Praeceptoriā manu in publicum prodeo; sed, ô Poëta! siste tenebellam meam Musam, & exhibe cantantem. Poëta. Faciam: ast vos Auditores puerilia plectra resonantia benevolis auribus excipite.*

*Descriptio Pueri Iesuli inter Beatissimam Virginem Mariam, & Sanctum Josephum stantis.*

**H**ic ubi conspicimus medium dare brachia Jesum, Hoc afferit nobis munus uterq; parens. Virgo parens lœvâ, dextrâ prênditq: Puellum Joseph: tres Charites quis neget esse simul? Stant simul, & jungunt dextras in commoda nostra:

Quid non speremus talibus auxiliis:

Quid non auxilijs conduixerit unica nobis,

Quid non profuerit Gratia terna magis?

Multa potest Joseph, poterit sed plura Maria,

Plurima præ reliquis, Dive Puelle, potes.

Unica votorum Tu meta, voluptâq; cordis,

Tu mihi delicium, Tu mihi solus honor.

A capite, ad plantam superas miracula formæ,

Quidquid & est pulchri, Jesule solus habes.

In te junxerunt Charites se, quidquid amoris -

Et meruit species , unicus ipse refers.  
Sidera stelliferis quamvis illustria gemmis  
Ad lucem niteant conditione suā :  
Et bellas telluris opes, pelagoq; repertas.  
Jactet divitias Mundus inanē suā :  
Nec mare, nec tellus, nec habent tamen astra decorem,  
Quem Jesu possent assimilare meo.  
Cujus mille caput species,& dona loquuntur.  
Aurea non vidit qualia mala solum.  
Sideris æthereas èreatum suspicit aulas,  
Arx velut in blandis excubat alma jugis.  
Clara domus mentis, nullo quæ tubere surgit,  
Sorbet & eximum nulla vorago caput.  
Aurea flavicomas imitatāq; vellera solis  
Cælaries placido bella colore nitet.  
Ingenioq! tuo leviter gyrata capilli  
Blandities, crispas flectit amica rotas.  
Deflua per frontem postremis molliter alis  
Dulcè genas lambit, svaveq! collatagit.  
Mox velut innocue ludens demulsa flabellis,  
Imbelles Zephyri dissipat ore globos.  
Et per sexcentos volitans implexa capillum  
Invehit errores, grata flagella serens;  
O pilus! o nostri ceu bellula carbasa sponsi,  
His medemulce, Jesule blande, comis,  
Sangvineo niveas aures sinnavit in arcum:  
Audiat ut nostras acriùs ille preces.  
Læta nec in minimos ascendunt tempora clivos,  
Planum depresso nullus hiatus ebur.  
Frontis honos plusquam Lybico candescit eburno,  
Mixta tamen variat purpura sœpe nivem.  
Sangvineis eboli quasi baccis lenè rubentem  
Laete perunxerunt alba ligustra suo,  
Exorrecta, nitens, festivo splendida campo,  
Ridens in planos expatiatur agros,

**C**ygno placide fulget candore serena,

Blanda, benigna nitet; clara, venusta micat;

**H**ec est Divini frons perjucunda Puelli,

Delicijq; soli, delicijq; poli.

**R**ara supercilio species deflexa per arcum,

Aurea flavicomis lucet amicta pilis.

**L**umina crystallum superant, & solis ad instar

Perpetuo fulgent plena nitore suo.

**O**culi! capit is stellæ, Cynosura carinæ,

Ad quæ dirigimus sidera navis iter.

**Q**uam puro semper sufficit astra nitore micatis,

Et quæ fulgoris plus face solis habent.

**S**plendida vos capit is, frontis vos astra serenæ,

In nostrum, lucem spargitis, auxilium.

**A**spice me Divine Puer, quid dulcius optem?

Sufficit, hâc unâ sorte beatus ero.

**P**usio, quem placidis minimum dignaris ocellis,

Melle saginabis totus; & ambrosiâ.

**C**andidior paro pallescit marmore natus.

Qui leviter Charites murice tintus habet.

**P**urpureæ rubicunda genæ Tibi poma resurgent,

Hesperidum superant qualia poma domos.

**D**istinctæq; rosæ placido discrimine pugnant,

Totus in ore nitor, dulcis in ore Charis.

**D**enteq; candidior Lybico, rubicundior ostro,

Lilia bella super promicat oris honos.

**S**idonio tingit jucundas murice malas

Gratia, tam teneris gratia digna genis.

**P**urpureas induita rosas & labra renident,

Ambrosiâ stillanti, nectare plena fluunt.

**M**ellea dulciloquias merguntur verba fluentis,

Svavis & in miseros vox tua blanda sonat.

**H**âc nos alloquere ô dulcor svavissime Jesu,

In quo dulcoris sola medulla viget

**O**deccus, ô pulchro ridentes ore lepore!

Quales finxisset linea nulla manus.  
Non Te, mi Jesu, non Te pinxit Apelles,  
Nulla tuis esset linea digna genis.  
Non Te Parrhasius, non hoc famosior ille  
Zeuxis adumbrasset, spose, colore suo.  
Gratia Tu cæli, Tu Numen deliciumq;  
O sacerdos summi Tu lepor ipse Poli:  
Pusio, Tutotum es terræ quo vota seruntur.  
Sed, quæ plus nequijt dicere Musa, tacet.

*Pro Circumcisione Domini.*

**M**Anè quid noster violatus ostro.  
Phæbus affulget, rubicundiorem  
Purpuram summit speciosa Divi  
Forma Puelli.

Phosphorus quando redimitus ardet  
Luce, confundit jubar, & rabedo  
Sole vixorto; pluvijs serenum  
Proluit axem.

Ergo jam ruptis cataracta vinclis  
Depluen: vasto nocitura Mundo,  
Ergo sorbebit decus Orbis uno  
Fluctus hiatu,

Machinan Qualis validam Noëmi  
Detulit lasas humeris per undas,  
Inter & calum Thetidemq; sola  
Cymba volavit:  
Qualis æquavit Macedum cacumen,  
Quando fulmersus jacuit procella,  
Haustus & magna gemuit sub unda  
Celsus Olympus.

**C**arpathus Dacum, gelidusq; Ripheus  
**O**bruti pullâ jacuere nube;  
**I**pse quot flamas vomuit, tot Aetnas  
Naufragus haufit.  
**I**n solens non jam cohibere portus  
**A**equor, aut claustris voluit domare  
**F**luctuum montes, tetigere qui jam  
Vertice nubem.

**E**rgo candorem radiosâ cæli  
**A**stra, vel blandum variant eburnum  
**T**am cito; Titan ubi vix serena  
Astra spopondit?  
**V**ix ubi noster nitidus refulsi  
**P**hoebus, & nato tribuit peractæ  
**L**ucis octavum celebrare vix Di-  
espiter ortum:  
**J**am rubet Iæsus solymas ad aras  
**P**hoebus, occasum subiturus annis  
**U**ndecim, postquam trieteris auætas  
Verret aristas.

**P**ande sacretum mea Musa, pande:  
**E**rgo quid nostro rutilante fausti  
**S**ole speremus, radiantur a quo  
Culmina mundi

**I**mbuit sacri Noëgæa fusis  
**S**angvinis guttis, nitidum cruxore  
**C**orpus irrorat Generis Redemptor  
Noster ad aras  
**O**minor, Divi rubicunda solis  
**M**embra quid signent, solymæ periras

Illa cultello quoq; cur ministro  
sangvine manent.

Æquor hoc rubrum populis patebit;  
Diva cùi fulget Cynofura semper:  
Provehent lætam super alba syrtes  
Carbasa puppim.

Nostra sacratas fluet inter undas  
Cymba, Divinis agitata ventis;  
Nil timens fluctus, canet & salutis  
Turba celeusima.

Plaudet emensis scopuli periclis  
Nauta, festivos resonans triumphos,  
Largior ponet manus & volucris  
Serta carinæ.

Jam super scyllas, scopulōsq; syrtis,  
Et truces felix humeros Charybdis  
Nostra cum plausu vehitur sonora  
Cymba per undas.

Manè nam quamvis variet rubedo  
Faustior solem; pluvias repellat,  
Et serenatus finē nube lucem  
Sparget Olympus.

Sic Tibi, Fautor, placidis diebus  
Hic novus currat redimitus annus:  
I coronatis per amœna semper  
Vecte carinis.

### *Pro Epiphania Domini.*

Pactolus Indis ergone Lydius  
Manabit, Ortum vel Tagus Hespero

Quærens reliquo, fluctuosus  
 Auriferis resonabit undis?  
 Se forte Ganges insinuans Pado,  
 Fundet superbi semina gurgitis;  
 Jordanis aut ripas arenis  
 Divitibus recreabit Hermus?  
 Huc quando longis currit a maris  
 Ad Bethleëmi limina finibus,  
 Qualiq; paetulus redundat,  
 Flavicomum natat huc metallum.  
 Chaldæa Regum syrmata scilicet  
 Fulgent, & orto munera Principi  
 Augusta ponunt, dant talenta  
 Magnificis pretiosa dextris.  
 Quamvis rigeret caula tapetijs  
 Nullis, superbum qualia divitis  
 Aulæa limen Regis ornant,  
 Quando Domos opulenta Regum  
 Obriza ditant: Qualibus Attali  
 Postes tumebant ordine divite.  
 Cingit Puellum nulla gaza;  
 Ast oluere per antra nimbi  
 Plusquam Sabæi. Medus avarior  
 Et quas aristas colligit, ædibus  
 Invexit istis turba Regum,  
 Assyriq; rigavit imbre  
 Cunas Arabs, cui stiria ditior  
 Destillat. Urgent ad cava sidera  
 Nubes odoras ante Christum  
 Munificis comitante Reges

Turbâ maniplis ; ante Puellulum  
Et supplices stant , antrâq; poplite  
Verrunt decoro ; Bractiana  
Agmina stant venerata Numen.  
O blande! dono Pusio dignior  
Majore! nostri pectoris accipe  
Interna. Do cor : sic ego excors  
Vivo libenter amore Jesu.

**AFFECTVS TRIBVTARII**

Debitæ obseruantia jaculis armati, ac  
festivis gratulationibus accincti,  
**NOMINI, ET HONORI**

Celsissimi, ac Reverendissimi Principis, & Do-  
mini Domini GEORGII SZECHENY  
Archi-Episcopi Strigoniensis, Lociq; & comita-  
tûs ejusdem supremi ac perpetui Comitis, Prima-  
tis Regni Hungariae, Legati Nati, summi & se-  
cretarij Cancellarij, S. C. Rq;. Majestatis Inti-  
mi Consiliarij,

In festo Divi Tutelaris sui, inter solemnes ap-  
plausus, à teneroribus scholis Pys  
dedicati,

**POST QVAM**

**AMOR DIVINVS** se nobis In CVnIS exhibV-  
isset & obiVLisset.

IoCitatis per juga cursibus  
Ferar Camœnæ ; per vada Castal;  
Cyrthæq; colles vectus ibo,  
Aonijs resonabo plectris.

Ibo , ibo faustis ibo Favonijs  
Sublimè ductus , barbita nomini

*Széchéniano* festa tangam ,

Et citharâ meliore ludam.

Huc huc sonoro flectite pollice

Nervos , decoris mille *Georgio*

Cantate metris , quæ sacratas.

Castalides habitatis undas.

Io novenum jam video Chorum

Musas & ipsas inter Apollinem ;

Festivalætos turba plausus

Et recinit modulata laudes.

Totus serenâ fulgidus in face

Parnassus ardet : tunc Aganippidum

Gratos procellæ svaviori

Dantq; sonos fluidæ susurro.

*Széchénianus* Incola castalî

Plaudit *Columbis* Cynthius, & cohors

Lauro coronatis Olivas

Verticibus celebrat novenna ;

Plauditq; tellus gratiior Hungara,

Natale votum personat inclyta;

Jam totus inter fluctuosus

Vota sonat, trepidatq; campus.

Arridet astris festa *Georgij*

Dies, sereno lumine promicans

Et festiores temper urgens

Lætitiæ modulos requirit;

Et tu venustos huc Charitum Trias

Induta vultus deplue gratias,

Accinge carmen, tange buxos,  
Præfuleas celebrata mitras.  
Huc flecte blandam Cynthie barbiton,  
Felix magistro concine pollice  
Festum Georgi, consonante  
Pierides geminate nervo  
Votiva dulces carmina. Jungite  
Plausumq; metris, & choreas date;  
Odásq; doctis lætiori  
Pectinibus celebrate pompa.  
Pæana Cyrrhæ culmina personent,  
Literq; cantus vertice confono  
Parnassus exultans bicollis,  
Laurigeris redimitus ipse  
Florens coronis. Fons Aganippidum  
Et ludibundis inlyte fluctibus  
Allude; Musas in coronis  
Sertigeras vehe per carinas.  
Et vestra rostris musica cantitet,  
Cyrrhæ volucres, verticis incolæ  
Dulces, jocosam blanda vestram  
Acceleret Philomela turbam.  
Tunc, tunc canoras aëra fluctuant  
Inter phonacas in modulis aves;  
Et stridulus tunc penniger grex  
Aëreas huat inter undas.  
*Széchéniani* Principis at prior  
Columba plaudat, cui famulantibus  
Alis ministræ sint volucres,  
Dux reliquis volitæ *Columba*.

Huic huic suaves huic modulos date,  
Ejus coronas inter oliferas

Deferte rostris vota, eaq;

Florigeris redimite fertis.

Favete celi, fundite Praesuli,

Et mille faustas fundite gratias:

Széchenius præclarus, euge;

Vester agit sua festa Cultor.

Virtus decoro cui residet throno,

Cui mille dotes pectora possident,

Qui largus in Divos venustâ

Pectus habet pietate plenum.

Audite Vatis carmina Cælites,

Servate nobis incolumem diu;

Qui templa vobis, & sacratas

Magnifice redimivit aras.

Huic Clerus, omnes quotquot & Ordines

Panno sacratos munificus fovet,

. Huic nempè debent, liberali

Quos cumulat Benefactor arcâ.

Divos, & ipsis Cælitibus fovet

Natos, thronos & Regia culmina

Devincit, obstringit scholâsq;

Munificis sibi sœpè dextris.

Specitate tanti tanta palatia

Erecta nummis sœcula Praesulis;

Antistes ampli quæsis repandit

Magnificos animi recessus.

Specitate quondam postera lœcula,

Fluxisse tali magnificentiâ

Dicetis auro tæcla digna,

Hungarico rediviva Regno.

Præsul sed artes quid memorem tuas,

Edoctus omnes quando stagirias?

Platonis & totum volumen

Sidereâ quasi mente nôris.

Quamvis supernas ipse scientias

Complexus, humanas tamen interim

Musas benigno cernis ore.

Aonidum sonuêre chordæ

Tuo magistro pollice sœpius;

Cùm digne lauro Præsul Apollinis

Curas reclinans, plectra sumens

Threiciam superas Thaliam.

Hinc dignitates hinc famulantibus

Venêre magnis tot Tibi passibus,

Nec non citatas obtulerunt

Promeritas capiti coronas.

Et venit amplis gressibus ipse honor,

Tuôsq; crines cinxit honoribus;

Mitras reportas, & Columba

Serta refert volitans olivæ.

Sed Musa crines condecorer tuos

Lauris; sonoræ barbita gloriæ

Nomen refundent inter orbem

Dulcisono modulante plectro.

Széchéniani gloria Nominis

Ascende felix inter adoreas;

Et fama gratum nomen astris

Terrigenas resonet per oras.

Evecta pennis fama volucribus  
 I perge , sistris perge sonantibus,  
 Antistitem produc ad astra  
 Egregiâ recinente chordâ.  
 Primatialis gloria Præfulis  
 Assurgat amplâ nobilis Indole  
 Ad purpuras , & glorioso  
 Aëta ferat super astra passu.  
 Ad celsa præful porrige sidera  
 Nomen , remotis porrige Gadibus,  
 Æternitatis facta librîs  
 Et Chronico recolenda scribe.  
 Est penna, virtus est Tibi nobilis,  
 Hâc hâc recenses grandia Posteris ,  
 Quæcunq, fecisti , perennem  
 Continuò meritura laudem.  
 I, perge semper, perge faventibus  
 Per lœta Princeps vecte Favonijs,  
 Piásq; Præful ceû Clientes,  
 Magne scholas recrea favore.  
 Ast hic Apollo barbita consonis  
 Cum Gratijs infleâte sonantia ;  
 Melôsq; vobiscum canorum  
 Laurigeræ resonent cohortes.

*AFFECTUS PRIMI*

*Apollo cum Gratijs ternis, in Festo S. Georgij Am-*  
*rem votis accingendum, & Celsissimo*  
*Principi offerendum decernit*  
*Apollo. Quid facimus , Charites ? hodiè fulgo-*  
*ribus ardet*  
*Pluribus, hesterni quam nituere dies*      *Lus*

Lux hodierna ciet plausus, & gaudia dicit:  
Ducite festivos terq; quatérq; choros.  
Nondebet hic manibus pigrū deponere plectrū  
Nec sinē muneribus pangere festa licet.  
Munera nimirum plausu conjuncta meretur:  
Festa dies, quando tota serena niter.  
*Euphrosyne.* Præsuleos Charites amplexus po-  
scimus ultrò,

Nos & in obsequium Principis esse placet.  
Largior & nobis quidquid donavit Olympus,  
Hoc illi totum viētima plena cadet.  
Nostrorum reliqui partem sensēre bonorum;  
Integra sed Præsul munera nostra ferat.  
*Aglaia.* Hoc jubet alma dies, festis celebranda  
Camœnus,

Quam Charis exornet munere tota suo.  
Gratiōr hāc nobis toto neq; mense refulsi:  
Huic centum, reliquis Gratia terna detur.  
*Thalia.* In nos quidquid opum, quidquid natu-  
ra locavit,

In te prolixis conferimus manibus.  
Hoc Tibi terna jubet vestigal Gratia ponit;  
Millenas Charites qui meruisse potes.  
*Apollo.* Jungite, sed vestris Charites conjungite  
donis,

Innocuo qualis pectore fervet Amor.  
Hunc, hunc armatum largis producite votis,  
Affeſtūq; suum cingat utrumq; latus.  
Sed pharetrā non ille ferat, nec tela, nec ignes:  
Vota sagittarum sint numerosa loco.

*Euphrosyne.* Totus in votis pharetratus ibit;  
 Haec fluent molles humeris sagittæ:  
 Ista nimicum redimita plausu  
 Spicula figet.

*Aglaia.* His armis hodie classica buccinet  
 Indutus, manibus fulmina mollibus  
 Dispergat. *Thatia.* Fabricant quælia dexteris  
 Votivis animi: pectora svavibus  
 Infestet jaculis. Heus Amor advola.

### AFFECTUS SECUNDI.

*Amorem iamjam currentem in cultum Celsissimi  
 Principis, Gratiæ votis exornant, seq; illi  
 Comites adjungunt.*

*Amor.* Huc Gratiarum cælitus agmina  
 Adelte, stellis æmula lucidis,  
 Ornate fertis colla, Mitræ  
 Præfuleæ celer ibo cultor.  
 Cyrrhæ novenas huc Comites juga,  
 Huc & quasillis agmina floridis,  
 Fulcite vestrum nunc Amorem,  
 Pierides onerate votis.  
 Ibo, ibo, jamjam victima procidam,  
 Huic destinatis illico cultibus  
 Natale Mitris ibo vinclum,  
 Sicelidum properabo pennis.

*Euphrosyne.* Quò citus panjis rapiendus alis  
 Provolas? nullo pharetratus arcu  
 Ibis in cultum, neq; dona gestans,  
 Præfulis ibis?

*Aglaia.* Desuant plenis pharetræ sinistris,  
 Dextre-

*De Gratulationibus festorum.* 67

Dexteras arcus onerent sonori,  
Vota nimirum, ruitura talis  
Vi<sup>t</sup>ima perges.

**Georgius.** *Anagramma.* suo Gregi,

Præsul **GEORGIUS SZECHENY**  
*Anagramma.*

Huc, in Zelo egregius præsis.

*Programma.*

**GEORGIUS SZECHENY** Archi-Epis-  
pus Strigoniensis, Regni Hungariæ Primas, &  
Legatus natus, summus & Secretarius Cancel-  
larius, S. C. & R. M<sup>t</sup>is intimus Consilia-  
rius.

*Anagramma Purum.*

Gemma nitens Cleri hic, præclarus Numinis  
hospes,

Zelosus Pastor stat Gregis hicce sui.  
Vitis in meritis vincit munere sanctos;

Virtutis census, Regia larga gerat.

**Thalia.** Sanctior thecam subeat sagitta,

Nesciat qualis furias Cerauni;

Nec velut duri tremebunda Martis  
Sibiler hasta.

**VIVE DIV** festos CeLsIssIMePræSVLIn annos,  
et fortVna tIBI prospera sVaVI eat.

Quot jam vixisti, superes faustissima lustra,  
Et nunquam veniat lors metuenda Tibi.

Si satur ast vitam pones, Tua nomina vivent:

Quēis Chronicon Mundi promeruisse potes.

**Euphrosyne.** Ibis his votis oneratus, ibis,

Et locò teli, vice spiculorum,  
Carmen accinger latus, ibis, ibis,  
Votaq; fundes.

Mentis adjunges simulacra votis,  
Præfusis blando referes colore  
Pictor hic dotes, dabis & recessus  
Mentis in umbra.

## EMBLEMA I.

*Genij Pegasus volantem inequitantis capitide-  
fert Columba Széchéniana in sublimi cere-  
nam oleaginam.  
Sed majora parantur.*

## Lemma.

Alato vēctus pertingit ad astra caballo,  
Nubes sublimis vertice tangit Eques.  
In crines pansis oleagina ferta Columba  
Alis deponens cingit ubiq; caput:  
Indolis hæc magnæ via. sed majora parantur,  
Præfus cum tuleris plurima, plura feres.

## EMBLEMA II.

*Dextrae è celo patente porrecta, mirram & gale-  
rum rubrum supra Cuffinum indigitat.*

Lemma. Pretium non vile laborum.

Hic jacet impositis radians procul Insula geñis,  
Murice purpureus pileus indè rubet.

Aurea stelliferi patet undiq; janua cæli,  
Et Tibi pro meritis præmia dextra notat.

Hoc Princeps capias pretium non vile laborum:  
Sic Tibi divendit cuncta labore Polus.

*Aglaia. I serenatis cumulate votis,*

Præfus-

Præsulis plantis cade gratulator;  
Gratiæ tecum ruimus faventes,  
Pergite vota.

*AFFECTUS TERTII.*

*Ità adornatum magisq; vinciendum Amorem,*  
*Gratiæ secum offerunt Celsissimo Principie Archi-*  
*Episcopo, & diem natalem gratulantur.*

*Gratia.* Pessulo cordis remoto  
Præful ostium repande,  
Pande pectoris recessus,  
Claustra leniter repone,  
Solve vectes, funde portas,  
Obices & qui morantur.

*Amor.* Sic in ima cordis ibo,  
Mollis involabo fibras,  
Obvium rimabo pectus,  
Mille grandinabo vota.

*Omnes.* Obices repone cordis, pande fibras  
pectoris.

*Gratia.* Jam patet medulla sensus,  
Jāmq; pectus est apertum.  
Ite circinata metra,  
Liberales ite versus;  
Ite gratulationes,  
Ima permēate cordis.

*Amor.* Versibus bacchator insto,  
Atq; totis huc quasillis  
Prodigales spargo versus,  
Carminum sonans phalange.

*Omnes.* Nunc in ora, nunc in ipsum vota pectus  
fundimus. E 3

*Grat.*

**Gratia.** Gemma Præfulum perenna,  
Hungaris & vive Regnis,  
Vive largis major annis,  
Imbre plenus gratiarum;  
Occupata semper astra  
Depluant Tibi favores.

**Amor.** Ibis inter lilieta,  
Inter albas I cohortes  
Gratiarum, digne cæli  
I coronis ambiende.

**Omnis.** Inter ipsa vive læta, longa vive sacerdotalia

**Gratia.** Naufragum citumq; mortis  
Spiculum mergatur undis.  
Vive gratijs Tonantis  
Veðte, tum vehende lætis;  
Vive felix, & furores  
Nescias adversitatis.

**Amor.** Vive Divum per favores,  
Seu per alba, seu per atra,  
Lævâ, seu vehende dextrâ  
Viðtor; hoc Chelys precatur.

**Omnis.** Hoc canunt & corda votum barbitoſq;

**Gratia.** Sic canunt, sic fila strident, (personat  
Pleðra navigant sonora,  
Remiges & hocce buxi,  
Ludibunda sicq; Musa,  
Serta deferens olivæ  
Sic Columba comprecatur.

**Amor.** Omnis hoc canit volucris,  
Vota sic sonant scholarum,

Omnium sic vota currunt;

Ut perennes, & perennes, Clum.

*Omnes.* Præter ista tela nullum sentiāsq; spicu-

*AFFECTUS QUARTI.*

*Amor in tributum datus, evocat Musas in gratulationes faciendas Celsissimo Principi.*

*Amor.* Impigra Sicelides profundite vota Patrono;

Quem decet innumeris personuisse lyris.

*I. CLIO.*

Ferte Pæstanas Charites corollas,  
Colla festivis redimite fertis,  
Et diem calthis tulipisq; dignam inspergite gemmis.

Occinens festum celebra Georgi  
Musa, natalem modulata lucem,  
Tange jucundis animata dextris  
Fila lyrāsq;.

Præsul & Tu flos melior perenna,  
Æmulo plusquam cyani colore;  
Ast Hymettæo meliora colle  
Munera fundis.

Non enim mentis caret hortus herbis,  
Flore vel Divo, roseāq; pompa.  
Gratior flos ex animo redundat,  
Svavior Hyblis.

*2. MELPOMENE.*

Et quis Camœnas entheus arripit,  
Pectūsq; stringit molliter impetus,  
Pullare cogit concitatis

Barbita pollicibus, lyrásq;?  
 Est nempe Musis estq; furor suus,  
 Illæ superni plus reliquis habent:  
 Nec ad vigorem mentis unquam  
     Pieridum tepeûre venæ,  
 Inusitatum dixeris asperos  
 Hic esse cursus, se citò suscitant:  
 Nec fessa nervis Musa stertit,  
     Cùi Chelys irrequieta cordi est.  
 Nostram Thaliam Præsul & evocas  
 In vota, mixtis plausibus excitam.  
 Io! secundis vive Princeps  
     Ad placitum Zephyris vchende.  
 Plausus frequenta; sic Polyhymnia  
 Regina Cyrrhæ, sic Aganippides;  
 Tuósq; cæli gratioſis  
     Magnificos animi recessus  
 Nimbis inundent. Munera jungimus  
 Musæq; votis intima pectoris.  
 Et grata res est sapè, donis  
     Pra reliquis animo pacisci.

## 3. THALIA.

Mecum Sicelides barbita stringite,  
 Et chordâ modulos pandite personâ,  
 Quæs in Pieridum culmine luditis,  
     Quando carmina funditis.  
 Jam metrum tenerâ Castalides Chely  
 Natali celebrant, plectrâq; navigant,  
 Votum continuo pollice personant,  
     Io vive perenniter!

Faustos vive dies , vive, per æthera  
Quondam Cælicolūm veſte Favonijs.  
Præclarum Patriæ ſidus adoreæ ;  
I, nunquam tenebras ſcias.

4. *EUTERPE.*

Ite , ite plausus, mille volantibus  
Natate pennis ; ite Favonij

Demulſa flabris vota, festas  
Præſulis accumulate luces.

O Gemma Cleri lucida ! Pannorum  
Et vive ſacræ fulgor adoreæ,

Tete Tibiscus , Téq; ſanum  
Latifonus veneretur Ister.

Tarpeja magnum Te celebrent juga,  
Nec non decoris ſemper honoribus

Natiya dōnent Regna ; grande  
Vive decus Patriæ perennè.

5. *TERPSICHORE.*

Increpa Chelyn Cainœna ,

Et ſonora tange plectræ ,

Verſibus ſuccincta prodi

Musa barbiti magistra ,

Huc veni Choraula Cyrrhæ ,

Blanda verſuum Phonasca ,

Hoc & unum Muſalude: ſæcla Præſul computet

6. *ERATO.*

Gratulantes innatare

Plauſuum Muſæ procellis ;

Suppleant & plectræ remos ,

Carbaſum vota ministrent.

Ite Musæ, festiori

Aërem complete voto:

Auspicata perge Præsul luce per prosperrima.

7. CALLIOPE.

En Tibi succincta votis

Castalî relicta fontes

Persono solemne festum,

Et quod indè fert carina

Promo votum; vive Præsul,

Et libris Æternitatis

Facta Liberalitatis, atq; Nomen infere.

8. U R A N I E.

Gemmeis scribenda pennis,

Aureis pingenda filis,

Lucido spectanda sole,

Melleis canenda labris,

Svavibus sonanda chordis,

Dexteris prendenda totis

Præsul in crystalla scribe, facta linque posteris.

9. POLYHYMNIA.

Vive felix abs dolore

Prosperis accincte Præsul;

Nesciat Te mœror ullus,

Tristium fuga catervas;

Et Tibi dies amœni,

Et dies eant sereni;

Vive Præsul absq; nube, viye felix sæculum.

AFFECTUS ET VOTA

Sinè numero, sinè fine.

Ostijs fortuna pansis

Mitte largior cohortes,

Funde

Funde dona gratiarum,  
Præsulem perfunde lætis,  
Liberales, hospitales.

Nunc in ipsū mitte totū, mitte pectoris dexteras.

Sparge munerum phalangas,  
Prodigali funde dextrâ;  
Pande, quidquid obseratum  
Pessulus reclusit arcis;  
Principi natale munus

Profer imis è medullis, eq; fibra pectoris.

Euge barbiti Phonaſca  
Versibus succinēta prodi,  
Musa rursus gratulando,  
Mille votorum procellis  
Enata de fonte Cyrrhæ,

Gestientes hic Camœnæ personate Præsulem.

Absq; fine vive Princeps,  
Te volupta gratiarum  
Cælico perfundat imbre,  
Gratiæ fluant Olimpo,  
Amnis & tuum perennis  
Pectus irriget fluentis,

O fluentis gratiarum, fluentib;sq; Numinis!

SALUTATINES.

1. *Hospitibus eruditis.*

Descende Cyntho Calliopes cohors,  
Gemmâ pudoris Palladis æmulâ.  
Huc verte plectrum, leniori  
Hospitibus cane metra buxo.  
Attinge docto police barbita

Thalia; plausus jungite plausibus  
Musæ corollas hospitalis

Nectite, concumulate ferta.

Assurge plausus mille patentibus  
Eveste pennis; ite Favonijs

Subvecta cordis vota. Salve

Veete bonis avibus Patrone.

Tu tu decoræ fulgor adoreæ

Salve Stagiræ, quale Platonicum

Nunquam Lycæum, aut ambulator

Fessus habet, cumulande fertis,

Et digne lauris, digneq; pallijs,

Et digne pompis: hanc Dialetticam  
Conclusionem, Vivito ergo,

Suscipias brevitate grandem.

*2. Hosti, præcipue militari Personæ.*

Hospes Elei meritus triumphos,

Victor hostiles populatus agros,

Hic ades Cyrrhæ resonandus undis:

Accipe salve.

Tu chely plusquam cecinit Quirini

Rebus Antoni Danaus colendus;

Strenuo magnum Tibi qui trophyum

Marte parasti.

In tuum pleno fluimus meatu,

Imus & cultum; canimus celeusma,

Ponimus lauros reduci, resq;

Serta carinæ.

Vive longævos senior per annos

Nestor, & canos inarrata vultus

Ruga dum sulcet, subigente vitæ  
Vomere rugas.

Et trahat longæ tua fila vitæ  
Parca, quæ ducat redimita sæclo :  
Parca, quæ parcat, nec avara neqtat.  
Stamina Clotho.

3. *Hospiti Dithyrambus.*

Nunc in ora, nunc in aures  
Blandiens Camœna curre,  
Nunc acalthis nocte thymbris,  
Chloridis compone flores,  
Ex rosetis carpe ferta,

Sparge frondes, nocte bellas & corollas Hospiti.

Tange molliore chordas  
Dexterâ, repone nervum,  
Qui furenti currit œstro ;  
Metra vinclis alligata  
Pone : sed licentiosos

Liberalis Dithyrambos Musa lude barbitis.

Blanda Cyrrhæ Musa civis,  
Bella carminum phonaſca,  
Læta plausuum Magistra,  
Nota Cynthij Choraula,  
Hospitalis Musa prodi,

Clara lusuum satelles, & lyrarum Dædala.

Innatantes Hippocreni  
Musa jam collecta chordas,  
Floribus succinæta prodit,  
Præferens dextris corollas,  
Hospitis salutat aures,

Spargit in Te metra, plausus datus; Musa suscipe.

Tu per arva, Tu per agros,  
Saxa, frondium per umbras  
Ducte, Tu per prata vecte,  
Tu per undas, perq; centum  
Montium provecte rugas,

Tinniens cui salutem Cymba dicit obvia.

Ite fronte liberali  
Vota; s̄eculum vivat hospes,  
Et serenas ipse luces,  
Absq; nube clariores  
Sentiat perennē soles,

Prosperis & ducat annos semper in successibus.

### VALEDICTONES.

1. *Sodalis Patriam repetiturus commendat se  
Beatissima Virgini Marie.*

Virgo dum clivos solymæ propinquos  
Visis, agnatas properans ad ædes,  
Arva felici recreata mulces

### Poplite Virgo.

Me rota vectum volucri, recessus  
Cinget haud unus nemorum jugiq;  
Junge Te Virgo Comitem Clienti,

### Tutus abibo.

Oscula linget mea nam paterna  
Tunc Domus plantas venerata divas,  
Et Tuos lambet famulata tellus

### Patria gressus.

### 2. ITEM.

Jam me severis solvere litteris

Virgo,

Virgo, Lyceum cui studiosius  
Deservit, intendo paternis  
Imperijs properans per agros.  
Tuere nostræ præsidium viæ  
Mater Clientem: Quercubus ut vehar  
Me temo reddat cum salute  
Incolumem senio nitenti  
Tutus Parenti. Téq; viaticum  
Adjunge nostrum. mille Favonijs  
Provectus innectam sodalis  
Te meritis Dominam corollis.

## CHORUS post Partem II.

Celebrat gloriam Auguſtissimi LEOPOLDI I.  
Rom. Imp. & inter ſolemnia vota gratularur  
Serenissimo JOSEPHO I. Romanorum  
& Hungaria Regi, nec non Serenissimo  
CAROLO Archiduci.

**E**T Te canamus, Maxime Cæſarum,  
Regumq; Princeps, cui famulantibus  
Inclinat Orbis ſe coronis,  
Austriadum LEOPOLDE culmen.  
Sed glorioſos quis numeret Tuos  
Pafſus, duobus quis Tua concinat  
His geſta luſtris, quis trophæa  
Promeritis reſonētq; buxis?  
Ad uſq; Gades provolet in dies,  
Qui fauſta, Princeps, ordine prælia,  
Urbes ſubactas cum Tyrannis  
Odrysijſ, celebrare vellet.

Victorioso nomine culmina  
 Mundi replēsti, fama volucribus  
 Cū n gloriosos præliorum  
     Inſonuit celebrata gressus.  
 Evecta pennis Littus ad Indicum ;  
 Et post remotos gloria Cæsaris  
     Gades volavit , pōſtque Thulen  
         Brassilidum ſtupeſtre Regna.  
 Grandem tulisti lætitiam pijs,  
 Luſtum dedisti Victor & impijs ;  
     Et ad Tuam famam jacentes  
         Barbaricæ tremuere Gentes.  
 Fundator ardo Julius Imperi  
 Vicisse tali tempore nelcijt :  
     Rhenum coactus ſæpè liquit,  
         Quem toties repetivit armis.  
 Tot, ſeculari Musa volumine  
 Vix cantet, annis quot modò prælia  
     Paucis recensēs Victor , ipſe  
         Biftonio tremebundus hosti:  
 O quot maniplos, auspice Numine,  
 Stratos Viennæ vidimus hosticos ;  
     Et quam Molossus ſpe vorārat,  
         Cūmq; ſuis catulis coactus,  
 Prædam Gelonus perdere debuit,  
 Turpis alutem perfidus in fuga  
     Totam reponens, delerendo  
         Caſtra, Tuis capienda signis.  
 Victore veftro Milite ſæpius  
 Prostrata Thracis vidimus agmina,

Proiecta nostris s<sup>æ</sup>pè signa  
Extulimus metuenda dextris.  
Longo cruentas ordine vidimus  
Jacere strages, quas Tuus edidit  
Mars in Gigantes, prata clade  
Sangvineis maduere rivis.  
Hostes relictis & quoties suis  
Errare castris vidimus impios,  
Et ferre nostri s<sup>æ</sup>pè colla  
Principis imperium superba.  
O quot jacentes ad Tua vidimus  
Vexilla Turcas: stabat in ordine  
Captiva longo turba, vitam  
Supplicibus cupiens ruinis.  
Victoriosis Odrysius Tuis  
Armis in undas Danubij ruens,  
Pulsusq; Savum, s<sup>æ</sup>pè Dravum,  
Barbarico fluvios cruore  
Tinxit; natantes inde manubias,  
Et purpuratas è spolijs manus,  
Undis revolvi tunc trophæa  
Vidimus, ô *LEOPOLDE CÆSAR,*  
Ultore nostro Cæsare vidimus  
Everfa Thracis s<sup>æ</sup>piùs agmina,  
Tunc tunc apertis & Gelonos  
Abs tumulo jacuisse campis.  
Spectavimus Te vindice mœnia  
In iura tandem cedere Pannonum,  
Assveta quondam Barbarorum  
Ipsa truces tolerare vultus.

Ad arma fractum tunc Asiae Tua

Robur filebat; ceu rater Aeolus

Impactus Alpi, mitiori

Quando cadit, resonatq; flatu.

Te Regna prono poplite vidinius

Avere, quondam subdita Thracibus,

Accepta posthac cum coronis,

Hungaricis socianda sceptris.

Tu liberatos Christicolas Tuis

Auges trophæis, & bene pristinum

Ipsis decorem reddis aris,

Bistonio fugiente mystâ.

Tu vindicatis Hungariæ plagis,

Et restitutis, gaudia concitas:

Nunc ad paternas tutus ædes

Ipse Deum veneratur hospes.

Tu liberatos tot pueros, suo

Reddis parenti; Thrâxq; minax juga

Et vincla debet ferre, quondam

Christiadum fabricata collis.

Ductore Miles Numine sic Tuus

AUGUSTE vicit. Sed Tu a dextera

Est miles, & de brachio, quæ

Ipsa Tuo generosa pendet.

Virtutis autem quid memorem jubar?

Quali refulges inter adreas,

Thronos & inter, Gemma Regum,

Sol nitida redimite luce.

Victoriosis perge volatibus,

Trophæa semper concumula nova:

I paste victor glorioſis

Magnificè radians triumphis.

Victoriæ ſint, ſint Tibi ſemina

Victoriarum, Pacēq; Martēq;

Semper perennatura pone

Perpetuæ monumenta famæ.

JOSEPHÆ, Regum maxima Portio,

Hæres paternæ Tu quoq; gloriæ

Carmen replebis, glorioſis

Nominibus citharæ ſonabunt

Regem Quiritum; pollice pulchrius

Pulſata ſi quid ludere barbitos

Nōſti; Quiritum, Pannonūmq;

Delicio cane blanda Regi.

Tu, Tu paternas fulgor adoreas

Rex ampliabis, pluribus ambient

Et Te coronis Regna, non ſunt,

Quòd dederint, ſatiata binis.

Nam ſceptra Princeps mellea dexteris

Contaeta reddes, totus mabilis,

Servire cùi prægrande ſempre

Delicium fuerit jubenti.

Te Rege cives aurea ſæcula

Duceat, procellis & Tua dextera

Saltabit amplis, divitēmq;

Muneribus teferendo Gangen.

Tunc tunc ſecabunt gemmiferis ſolum

Rivi Auentis, melleq; fertili

Tectum colonus tunc replebit,

Vitiferi ſaliēntq; montes,

Nec Te lacescant arma sonantia  
 Impunè; dextrâ vindice fulmina  
 Stringes in hostes ; prosecutus  
 Magnificè Patrios triumphos..  
**Cæleste Princeps ingenium Tibi**  
 Natura largo contribuit sinu ;  
 Ad summa nam Te prima virtus  
 In teneris animavit annis.  
**In fascijs jam cernerè Te fuit**  
**Princeps Achillem. Barbara dexteram**  
**Josephianam pertimere**  
 Regna ; minas generosa vestras  
 Irridet ; armis illa sonantibus  
 Prosternet hostes, Bistonij agris  
 Ponétq; lauros , & peregrè  
 Cum pugili volitando ferro  
 Victoriosæ nomina gloriæ  
**Extendet ; Ultrix lumina Tauricæ**  
 Tollétq; Lunæ , tunc triumphi  
 Subiçiet monumenta Thraces.  
**JOSEPHÆ, pronus sit Tibi Cæsari ,**  
**Quondámq; totus serviat Occidens ;**  
**Ceu Phœbus Orbis Principes Dux**  
 Fulgidus irradies perennis.  
**Et vive sangvis CAROLE Cæsarum ,**  
**O Gemma Patris Nobilis Archidux ,**  
**Inter Paternos I triumphos ,**  
 Austriadum referens trophæa.  
**Te Te coronis ambiat æstuans ,**  
**Et sceptra det supplex Oriens Tibi ;**

Extende vicit, Thrace pulso,  
Imperium referens ad Indos.

Occasus ergò sic Tibi serviat  
JOSEPHUS, & ortus CAROLUS sit Tuus;  
Magnisq; Vobis inde totus  
Principibus famuletur Orbis.

## INTERLUDIUM post Partem II.

Alphabetum imbuit Pueritiam Poëticam va-  
riâ eruditione.

Alphabetum. A me originem literata traxisti  
Pueritia; sed cùm fundamenta acceperis, ampli-  
ora habe. Hic Tibi in copiosissimam materiam,  
& comparationes parefacio scenam; ut prodeun-  
tis ingenij inopiam excolas. Pueritia. Qui hoc?  
exemplo doce. Alphabetum. Abstemius produ-  
cendus esto, & sub litera A. Apollonium Thyane-  
num introduc. Quamvis nobis Christianis nume-  
rosissima exempla sint sanctorum, qui Posteris  
virtutis monumenta reliquerunt. In fures  
stringendum sit plectrum, & furem ipso Au-  
tolycō, in litera F. reperto, dic furaciorem. Fu-  
sior in his est Ravissimus Textor in suo Theatro Phi-  
losophico, nosq; non nihil, quod hic desiderari vi-  
debitur, Interludio post Partem 4. exhibebimus,  
moralitatem attendentes.

Abstemij. Locrenses, Zephærij, qui vino uti  
capitale ducebant: Anchimolus, & Moscus So-  
phistæ Elienses, totâ vitâ sicubus, & aquâ vixisse  
scribuntur: Apollonius Thyaneus à vino & car-  
nibus abstinebat. &c. E;

Adu.

*Adulatores.* Timagoras, Philoxenus, Par-

situs, At stippus, Patroclides. &c.

*Ædificia magnifica,* Obelisci, & Pyramides  
Ægyptiorum, Ambitus Memphis continebat  
150 stadia, Amphitheatrum Pompeij capiebat  
40. millia hominum, Domus aurea Neronis. &c.

*Æmuli laudis,* ut Theseus imitatus est Her-

culem, Themistocli excutiebant somnum tro-

phæ Milciadis. &c.

*Amore in Patriam conspicui,* Codrus Athe-

niensium Rex, amore Patriæ se ultroneè hosti-

bus occidendum objecit: Agesilaus filium Pan-

siam inediâ confecit, quod pecuniam à Xer-

xe pro prodenda Sparta acceperit: Menœceus

Thebanus, patriam suam obsidentibus Argivis,

pro ejus salute se præcipitem dedit: Ulysses, Ca-

millus, Attilius Regulus, Scævola, Horatius

Cocles, &c.

*Amor conjugalis,* ut Orphei & Eurydices,

Alcestis & Admeti, Artemisia erga Mausolum,

Penelopes erga Ulyssen, &c.

*Amor Parentum in liberos,* Niobe fingitur

in saxum versa ob defletos liberos, ab Apolline

inter impos.

*Amor liberorum in Parentes.* Atys filius Cræ-

si alias mutus, parentem suum percussuro Cyro

dixit: Nè feri Regem: Antigona, cœcum Pa-

tre Oedipum ducebat: Scipio Patri quasi ful-

cium fuit, unde nomen accepit. &c.

*Amor Fratrum & sororum,* Hyam à Leone

inter-

interfectum sorores Hyades ad mortem luxerunt, uti Heliades Phaethontem: item Castoris & Pollucis amor. &c.

*Amici veri*, Nisus & Euryalus, Pylades & Orestes, Theseus & Pirithous, Æneas & Achates, Achilles & Patroclus, Menelaus & Agamemnon, &c.

*Animalia homines atuerunt*: Capra Jovem, Lupa Romulum & Remam, Equa Pelliam & Camillam, Cerva Telephum, Ursa Paridem, Canis Cyrum, Avis Semiramidem, &c. Sed etiam in his fictionum sunt involucra; cum Lupa. Acca prostitutæ famæ mulier Romulum aluisse perhibetur. &c.

*Animalia hominibus servierunt*, ut Corvus S. Paulo Eremitæ, Draco Heraclidi Philosopho, & canes quotidie nobis, Equi, &c.

*Animalia olim apud Ethnicos sacrata*: Apollini accipiter, cicada, Lupus, corvus, Cygnus, & Gryphes, Theridi Halciones, Veneri Cygni, & Columbae, Junoni Pavo, anser, & agnus, Minervæ noctua, Gallus, & Draco, Jovi Aquila, Marti Vultur, canes, Lupus, Gallus, & Picus, Soli Phœnix, & gallus, Cereri, Baccho, & Aesculapio, Draco, Vulcanæ, & Cybeli Leones, &c.

*Architecti*, Spintharus à Delphico templo extrecto, uti Cresiphon ab Ephesino clari, Daedalus, Menecratus, Epeus, Archimedes, &c.

*Argonauta*, Jason, Tiphys, Zetes, Calais, cum 52. socijs.

*Aruſtices noſiores*, Tages, Tiresias, Amphiaraus, Calcas, &c.

*Aſturiſ & fraudulementi*, Ulyſſes, Sisyphus, Sinon, Cyrus, Annibal. &c.

*Aves monſtroſa*: Harpyiæ, ſeu Stimpthalides.

*Avari*: Pygmalion, Polymnestor, Tarquinius, Ochus Rex Perſarum, Nero, Caligula, Vefpasianus, Domitianus. &c.

*Bacchæ Ethniconum tres fuere*: Ogygia, Mænas, & Thyas.

*Belluarum domitores*. Hercules, Perſeus Me-  
dusæ, Apollo Pythonis, Bellorophon Chimæ-  
ræ, Cadmus Draconis, &c. Significantur He-  
roës, qui belluina vitia, aut adverſitatum  
monſtra vicerunt.

*Canes fideles*, Argus Ulyſſis, Aura Atalantæ,  
Chiron Codri, Mera Origenis.

*A Canibus occisi*: Aetæon, Neanthus, Euri-  
pides Poëta, Diogenes Philoſophus.

*Casti*, Hippolytus, Diana, Daphne, Palla;  
Lucretia, Bellerophon, Democles &c. Sed  
quos Christianorum Virginitas, innumerorum  
Sanctorum virtute exhibita, ingentibus pa-  
rasangis ſuperavit.

*Claudi*, Vulcanus, Epictetus, Cocles, Per-  
dix Caupo. &c.

*Cæci*, Tiresias, Thamyras, Phineus, Oedipus,  
Polymnestor, Polyphemus, &c.

*Clementes*, Titus, Alexander Magnus, Da-  
nius, &c.

*Columna Herculis, Abyla & Calpe, haud procul à Gadibus.*

*Cocci. Phyrnis, Mystillus, Taratalla, Perdix.*

*Conditores locorum, Neptunus muroium Trojæ, Diomedes Argorum, Cadmus Thebarum, Dido Carthaginis, Romulus Romæ, Amphion murorum Thebanorum, Semiramus Babylonis, Dardanus Trojæ, Danaë Ardeæ &c.*

*Convictatores: Harmodius, & Aristippus. &c.*

*Corona militares gemmatæ, auratæ, vallares, murales, rostrales, civicæ, quercinæ, & castræ.*

*Crapulâ perierunt, Archesilaus nimio vino, Domitius Aphrus nimio cibo, &c.*

*Crudeles, Nero, Progne, Medea, Gerion, Dirce, Phineus, Atreus, Phalaris, Bulyris, Dionysius Siculus, &c.*

*Cursores, Hippomenes, & Atalanta, Diores, Salius, Camilla, Patron, Panopes, Perseus, &c.*

*Deformes, Vulcanus, Protheus ejus filius, Corytheus, Æsopus, Socrates, Epictetus, &c.*

*Denominationes hominum à genere & persona.*

*Abavus Pater proavi.*

*Amita Soror Patris.*

*Avunculus Frater Matris.*

*Consobrini geniti ex duabus Sororibus.*

*Fragia uxor fratri.*

*Fratruelis filij duorum fratrum.*

Gener maritus filiæ.

Levir Frater Mariti.

Mater tera soror matris.

Nepos & neptis Proles filiorum.

Nurus uxor filij.

Patruelēs, fratres & sorores Patruorum.

Patruus fater Patris.

Progenēr Pater generi.

Prolocer avus uxoris.

Socer Pater uxoris.

Scrus Mater uxoris.

*Dij & Dea superni olim apud Etnicos, Satur-*  
*nus, Jupiter, Apollo, Bacchus, Mercurius, Mars,*  
*Vulcanus, Hercules, Cybele, Venus, Themis,*  
*Juno, Ceres, Minerva & Pallas, Diana, &c.*

*Dij & Dea Inferni apud eosdem, Pluto, Cer-*  
*berus, Minos, Æacus, Rhadamanthus, Proser-*  
*pina, Megæra, Chimæra, Tisiphone, Clotho, La-*  
*chesis, Atropos. &c.*

*Dij & Dea Maris apud illos, Oceanus, Ne-*  
*ptunus, Palæmon, Pollux, Castor, Nereus,*  
*Protheus, Phorbas, Glaucus, Melicerta, Am-*  
*phitrite, Thetys, Doris, Nereides, Leucothoe.*

*Deos autem supersticiosos, & miserabiles Deas*  
*suis, præficiebant Etnici, Martem bello, Ne-*  
*ptunum mari, Vulcanum igni, Mercurium*  
*furiis, Apollinem doctrinæ, Plutum divitijs,*  
*Plutonem inferno, Palladem Sapientiæ, Dia-*  
*nam sylvis & Venationi, Talasium seu Hyme-*  
*næum nuptijs, Cererem frumento, Bacchum*  
*vino,*

vino, Porum abundantia, Peniam Paupertati, Faunos & Satyros Panesq; sylvis, Heben juvenuti, Libitinam sepulchris, Æolum ventis, &c.

*Vehi fingeabantur*, ut Jupiter aquilis, Bacchus tygribus, Cybele Leonibus, Ceres Dracibus, Venus columbiis, Juno pavonibus, Sol equis, Luna bobus, Triton Piscibus, &c.

*Divites*, Salomon, Crœlus, Sesostris, Midas, Tantalus, Cyrus, C. Crassus, Lucullus, &c.

*Effæminati*, Bacchus, Sardanapalus, Sybarita, Heliogabalus, &c.

*Equi celebres*, Cyllarus Castoris, Pegasus, Lampon, Bucephalus Alexandri, &c.

*Equi Solis apud Poëtas* 4. Æthon, Pyrois, Phlegon, & Eous.

*Equi Plutonis apud eosdem* 4. Orneus, Nycteus, Alastor, Æthonis.

*Equorum domitores*, Phaëthon, Idæus, Metiscus Turni, Erichtonius, Astir, &c.

*Fabri*, Vulcanus, Dædalus, Phereclus, Myron, Perillus, Lycaon, &c.

*Fames seu bulismus*, ut Sagunthina, Erisichtho-nis, Harpyiarum, &c.

*Felices*, Gyges, Polycrates, &c.

*Figuli*, Praxiteles, Turianus, Thericles, Gorgasus, &c.

*Flores suaves & Herba*, Tulipanus, Caltha, rosa, lily, bacchar, lothos, acaltha, Cyamon, Thymus, Cythemis, Thymbra, Casia, Narcissus, Hyacinthus, viola, Ligustrum, Melilotos, Sol-

Solsequium, Lyrium, Lichnis, Cyanus, Anemone, Cherintha, Polion, &c.

Fontes, Castalus, & Aganippe Musarum, Cabura olet jucundè, Cistula Bacchi, &c.

Fluvij Auriferi, Tagus Hispaniæ, Hermus & Paëtolus Lydiæ, Idaspes & Ganges Indiæ, Arimaspus, Padus Italiae, Rhenus, &c.

Fluvij infernales apud Poëtas, Styx, Lethe, Cocytus, Acheron, Phlegeton.

Fures, Autolycus, Cacus, Harpyiæ, Deryclus, Eryx, Mercurius, Mestra, &c.

Frutices, Nardus, Cyathisus, capparis, Myrica, erica, lentiscus, tamarix, &c.

Gladiatores, Bithus, Bacchius, Sparthacus, Pacidianus, Ersenius, &c.

Gorgones tres, Euryale, Sthenyo, & Medusa.

Gratiae tres, Euphrosyne, Aglaja, & Thalia.

Gulosi, Sybaritæ, Heliogabalus, Domitius Afrus, Vedius Pollio, &c.

Gymnasia, Craneum Corinthi, Lyceum Aristotelis, Academia Platonis, Prytaneum Canopum, Pœcile, & Tempe Athenis.

Harpyiae tres, Aëllo, Occipetes, & Celæno.

Histriones, Thymele prima docuit saltum, Roscius, Polus, Æsopus, Cytheris mimus, &c.

Horri insigniores, Phæaci, Paëstani, Hesperiidum, Adonidis, Mæcenatis, Babilonij, &c.

Hostitiales, Ariadne erga Theseum, Philion, & Baucis, &c.

Ingrati.

*Ingrati.* Theseus erga Ariadnen, Paris erga Menelaum, Cræsus erga Cyrum, Jason erga Medeiam, Æneas erga Didonem, Hercules Linum, & Nero Senecam Præceptores, interfecerunt. &c.

*Inhospitales.* Thraces, Polymnestor, Diomedes, Busyris, Scythæ.

*Injusti.* Midas, Sisamnes, Tarquinius ultimus, &c.

*Inventores rerum.* Pan fistulæ, Minerva olivæ, Ceres frugum, Triptolemus, & Olyris aratri, Arachne Lini, Jason, & Tiphys navium, Mercurius Lyra, Perillus tauri ænei, Atreus Eclipsis, Cadmus Lapicidinæ, Dædalus artis lignariae, Endymion cursus Lunæ, &c.

*Invidi.* Ajax, Drances, Dedymus, Baylus, & Maevius, Juno, Circe, &c.

*Judices inferni apud Poëtas.* Minos, Æacus, & Rhadamanthus.

*Lacus apud Poëtas.* Avernus, Lerna, Acherasia, &c.

*Lanificij peritæ.* Pholoë Cretica, Pamphile, Arachne, Minerva, Penelope, &c.

*Larrones.* Cacus, Autolycus, Procrustes, Scyron, Harpalus, Bargalus, Sanctus Dismas, & reprobus Gesmas, cum Christo Domino crucifixi.

*Legislatores.* Draco, Solon, Charandes, Lycurgus, &c.

*Libidinosi.* Sybarites, Sardanapalus, Heliogabalus, Semiramis, Pasiphaë, &c.

*Liber.*

*Liberales*, Dido, Alexander M. Titus, Me-  
cenas. &c.

*Liberorum multorum Parentes*, Thespis A-  
theniensis habuit 50. filias, & totidem Danaus,  
Ægyptius 50. filios, Combe 100. proles, Sci-  
lurus Rex Scytharum 80. filios, & Herotymus,  
quod vix credibile, 600. proles.

*Literarum osores*, Philonides, Licinius Im-  
perator.

*Loca apud Ethnicos Poëtas sacra*, ut *Apolloni*  
Parnassus, Gryneum nemus, Cynthius, Delos,  
Tenedos. Cyrrha, Soraëte, Claros, Miletus &c.  
*Baccho* Thebæ, Nysa Lydiæ, & Naxum; *Cereri*  
Eleusis. & Ætna; *Cybele* Ida, Dindymus, Bere-  
cynthus, Reate, &c. *Diana* Parthenius fluvius,  
Cynthius mons, Ephesus, Aventinus, Delos,  
Taurus, nemora, &c. *Herculi* Gades, Tyrintha,  
&c. *Iidis* Pharos, Memphis, &c. *Jovi* Creta,  
Ida, Lydia, Elis, Homole, &c. *Junonis* Cartha-  
go, Argos, Mycenæ &c. *Latona* Delos;  
*Marts* Aracynthus, Cyclades, Athenæ; *Musis*  
Sicilia, unde Sicelides, Libethris mons, Hip-  
pocrene, Aonia, Helicon, Pimpla, Parnassus,  
Aganippe fons, &c. *Nemesi* Rhamnus; *Neptu-  
no* Tænaria; *Plutoni* Elis; *Palladi* Athenæ,  
Cecropia, &c. *Veneri* Paphos, Cyprus, Gny-  
dus, Cythera, Idalium nemus; *Vulcano* Lem-  
nos, Terasia, &c.

*Loquaces*, Lara Nympha, Tantalus, Corvus,  
Oscus, Æsopus, &c.

Luctatores, Amyllus, Butes, Eiyx, Milo, Crotoniades, Dares, &c.

Maris pericula, Charybdis, Scylla, Syrtes, Malea, &c.

Mathematici, Thales, Zoroaster, Theon, Conon, Protagoras, &c.

Medici, Apollo, Æsculapius, Pæon, Machaon, Podalirius Galenus, &c.

*Memoria præstantis homines, Temistocles, Carmides, Theodectes, Cyrus, Cyneas, Mithridates, &c.*

*Militia numerosa, Sesostris contra Arabiam duxit sexcenta & viginti quatuor millia Militum, octo milenos & viginti curru[s]; Xerxes supra millionem militum, & tria millia navium contra Græcos habuit.*

*Miracula septem antiqua Orbis Pyramides Ægypti, Pharos, Muri Babylonici, Templum Dianaæ Ephesinæ, Mausoli sepulchrū, Colossus Solis apud Rhodios, & Simulachrū Jovis Olympici.*

*Miracula vel prodigia in hominibus, Anaxagoras Clazomenius, Cato, & M. Crassus, nunquam riserunt; L. Pomponius nunquam ructavit; Antonia nunquam expuit; Zenophantus, & Democritus continui in risu, Heraclitus in fletu; Mithridates veneno vixit, Marrem ter mortuum, ter revixisse scribunt.*

*Montes flammiferi. Ætna, Vesuvius, Lypara Æoliæ, Chiæra. Frigidæ. Ripheus, Alpes, Carpathus, Crinon, Petæ. Vitisferi Cecinus, Caulon, Massicus, Surentinus, &c.;*

*Mortis*

*Mortis varia genera, Et quidem occubuerunt aquis hausti, Hylas, Misenus, Palinurus, Læander, Ero, &c. Per equos Hippolytus, Glaucus, Diomedes, &c. Per apes Adonis, Anceus, &c. Per Leones, Hyas, Paphages, &c. Per serpentes Laocoön, Eurydice, Orion, Orestes, Cleopatra, &c. Per Canes Actæon, Neanthus, Diogenes, &c. Fumo Minos, &c. In latrinis Arius. Heliogabalus, &c. Gaudio, & risu, Chilo, Sophocles, Dionysius Tyrannus, &c. Fame Erisichthon, Paulanias, Thaleta & Cleantes Philosophi, &c.*

*Fulmine Aesculapius, Enceladus, Zoroaster, Phaëthon, Semele, Salmoneus, &c.*

*Terra absordi Amphiaraus Vates, Anchorus Midæ filius, &c.*

*Lapidibus obruti & muris Cycnus, Pyrrhus Epyreta, &c. Veneno Socrates, Annibal, Anaxagoras, &c. Jugulatione Dimachus, Sergius Galba, &c.*

*Excoriatione Manas Hæreticus. Marsyas, &c.*

*Inventis proprijs Busyris, Perillus, Phalaris, Pygmalion, Diomedes, Scyron latro, &c.*

*Seipso interfecerunt Pyramus & Thysbe, Læander & Ero, Dido, Lucretia, Sardanapalus, &c.*

*Longè à Patria mortui Pythagoras, Æneas, Cyrus, Drusus, Alexander M. &c.*

*In mortuos sevierunt, Achilles in Hectorem, Tomyris in Cyrum, Sylla in Marium, &c.*

*Uxores peremerunt Nero, Mithridates, Cephalus, &c. Marit. s. verò Circe, Clytemnestra, Semiramis, &c. Liberos Tantalus, Progne, Medea, &c. Parentes Orestes Clytemnestram, Alcmæon Eriphylem, Niayas Semiramidem, Thelegonus Ulyssen, &c. Fratres & Sorores Typhon Osiridem, Medea Agyaleum, Polytes, &c.*

*Mulieres in veste virili Semiramis, SS. Theodora, Pelagia, Eugenia, &c.*

*Mulieres doctæ Musæ, Pallas, Tanagræa, Sappho, Aspasia, Cleobulina, Manto, Polla, Cornelia, &c.*

*Musæ 9. Mnemosynes filiæ, seu Memoriæ:  
1. Clio condidit historias. 2. Melpomene scripsit Tragœdias. 3. Thalia præst Comœdijs.  
4. Euterpe tibias invenit. 5. Terpsichore præst choreis, & citharis. 6. Erato tractat Lyram. 7. Calliope carmen Heroicum reperit. 8. Uranie Astronomiam excoluit. 9. Polyhymnia præsidet Histrionicæ.*

*Musarum appellations: Aōnides, Heliconides, Sicelides, Castalides, Pierides, Cithærades, Thespiales, Pegaside, Pimpleades, Aganippides, &c.*

*Musicæ Terpandes, Timotheus, Orpheus, Amphion, Orion, Pylades, Corœbus, Conus,*

*Musi Atys filius Cræsi, Ængeles Athleta, &c.*

*Nautæ Tiphys, Mnestheus, Segestus, Palinurus, Canopus, Charon apud inferos à Poëtis fingitur.*

*Novere dura Ino Phryxi & Helles, Hippodamia Chrysippi, Juno Herculis, Phædra Hippolyti, Eribæa Mercurij. &c.*

*Nutrices Calphurnia Oceani, Melissa & Amalthea Jovis, Jno & Nysa Bacchi, Beroë Semelles, Eupheme Musarum, Cajeta Æneæ, Acca Romali. &c.*

*Obliviosi Atticus filius Herodis Sophistæ, qui nec elementa potuit discere; item qui ex Lethe bibeant, juxta Poëtas; qui etiam fingeant Nepenthe potum esse, per quem omnium adverorum oblivio induceretur.*

*Odium in Patriam Coriolani. &c.*

*Odium Fraternum Romuli & Remi, Etheoclis & Polynicis, Atrei & Thyestis, Æta & Persei; &c.*

*Otiosi Domitianus Imp. Vatra Prætor, &c.*

*Parca tres apud Poëtas, Clotho, Lachesis & Atropos.*

*Pastores Apollo, Argus, Amyntas, Tityrus, Daphnis, Giges, Tilippus, &c.*

*Pauperes Hecale, Amiclas, Irus, Codrus, Diogenes, Plautus, &c.*

*Pictores & Statuarij Phidias, Cimon, Timantes, Callicrates, Myrmecides, Mycon, Crysias, Apelles, Zeuxis, Parrhasius, &c.*

*Piscatores Dictys, Herminius, Calapiscis puer, &c.*

*Plante & flores apud Poëtas Ethnicos Sacrae: Abies Baccho, Plutoni Adiantum, Jovi Æscu.*

Æsculus, Herculi Populus alba, Laribus allium, Eumenidibus alnus, cedrus, & crocus, Plutoni cupressus, Marti fraxinus, Baccho hedera, Apollini laurus, & oleaster, Cybeli pinus Jovi quercus, Veneri myrtus & rosa, &c.

*Pocula* Aconita, anthlia, bacchar, calathus, capis, catinus, Phiala, Lecythus, &c.

*Præceptores* Chrysippus Erasistrati, Asclepiades Temisionis, Anaxagoras Periclis, Posidonius & Molo Ciceronis, Seneca Neronis, Lysias Herculis, Plutarchus Trajani, Chiron Achillis, Linus Orphei, Lysimachus & Leonides Alexandri M. Silenus Bacchi, &c.

*Prodigales* Cleopes Rex Ægypti, Cleopatra, Sardanapalus, Heliogabalus, Sybarites, &c.

*Proditores & perfidi* Laomedon, Pelops, Ulysses, Helena, Harpagus, &c.

*Pulchri* Achillas, Achantus, Adonis, Alexis, Ægle Nympha, Amaryllis, Atys, Atalanta, Calypso, Cyllarus, Daphnis, Dejanyra, Deiopeja, Endimion, Galathea, Hyas, Hyacinthus, Narcissus, Amaracus, Apollo, &c.

*Pyrate* Cerpalus, Icaron, Mnas, &c.

*Raptiores* Jupiter, Pluto, Apollo, Hercules, &c.

*Sacrificia eruenda* Tauricum Diana, Salaminum Diomedi, Rhodium Saturno, &c.

*Sagittarij* Apollo, Mnestheus, Acastus, Persæ, Scythæ, Cretenses, &c.

*Severi* Cato, & tres fabulosi Judices inferni

*fernī, Minos, Iēacus, & Rhadamanthus.*

*Sirenes Parthenope, Ligia, Leucosia.*

*Somnolenti Endymion, Epimenides, &c.*

*Somni ministri apud Poētas Morpheus, Icarones, Phantasus, Phabetores.*

*Stulti Chorœbus, Melitides, Accon vetera, Midas, Amphistides, &c.*

*Taciturni Pythagoras, Agatho, Hippocrates, Areopagus, &c.*

*Temperantes Mætinissa, Mithridates, Socrates, Diogenes, Pericles, Epicetetus, &c.*

*Temerarij Icarus, Phaethon, Dares, Marsyas, Arachne, Niobe, Jason, &c.*

*Tibicines Philistus, Marsyas, Euterpe, Aglaïs, &c.*

*Timidi Lycas, Cleonymus, Theagenes, Pindar, &c.*

*Tubicines Misenus, Triton, Agyrtes, &c.*

*Tyranni Agathocles, Phalaris, Dionysius, Nero, Busiris, &c.*

*Vehicula Burdones pro uno homine, Carruca, Cisium, Comba, Esseidum, Lectica, Birutum, Pilentum, Plaustrum, Rheda, Sarracum pro lapidibus & lignis, Vehes, Thensæ erant vehicula sacra, &c.*

*Venatores Actæon, Orion, Hippolytus, Adonis, Cephalus, Endymion, Diana, Arethusa, Atalanta, Britomartis, Laontodame, &c.*

*Venefici & Saga Onomacritus, Circe, Guðrun, Medea, Erichtho Thessala, Dipsas verula.*

*Venti*

Venti Subsolanus, Circius seu Corus, Eurus  
seu Vulturnus, Zephyrus, Africus, Favonius,  
Trasias, Etesiae, Boreas, Aquilo, Auster, Cau-  
rus, Asbalus, &c.

Vespillones Diaulus, Cympio, vocantur etiam  
Libilitinarij, Sandapilarij.

*Vestimenta & Calceamenta veterum.*

Abolla vestis tragica, Cortynia seu venato-  
ria, Cyclas fœminea, Adasus ab humeris con-  
futa, Dalmatica à Dalmatis, Gabanium vestis  
Græca, Aulæa, Carbasus, Chlamys, Diphthe-  
ra pastoricia ex pellibus, Lacerna militaris,  
Læna omnibus vestibus superjecta, levidense  
vile vestimentum, Limbus vestis muliebris,  
Multicia delicata, Nebrides ex pellibus, Otho  
alba vestis, Palla matronarum, Pallium Græ-  
corum, Peplus pro viris, ac fœminis, Rhiza pro  
Thracobus, Sagum pro militibus, Syndones,  
Syrma, toga pro senatu, trabea, tyara pro ca-  
pite. &c. Calceamenta erant cothurnus; soccus,  
Harpides, &c.

*Viri in vestitu muliebri* Achilles, Clisthe-  
nes, Sardanapalus, &c.

*Viri fortes* Hercules, Peleus, Theseus, Per-  
seus, &c.

\*\*\*\*\*

\*\*\*

\*

# P A R S III.

*Adolescentia & Juventus:*

*Gratulationes officiorum, Lusus &  
Artificia, Epigrammata, Elegie, Lyrica,  
Allegoriae, Narrationes, & Descriptions,*

## I N D U C T I O 1.

Poëta Adolescentis discit, & canit gratulationes  
officiorum, atq; Beatissimam Virginem  
MARIAM Laudat.

Poësis. *Valete nunc fascie, ite crepundia;* in Adolescentia viretum depono Indolem Poëticam. *Celebrabar is tu mihi hactenus Lucina;* canebantur dies natales ac festi: nunc officiis non-nihil impendendum est, donec postea Musæ converterint plectra sua ad dignitarum subsellia celebranda. Poëta, sive infestiva, seria, aut innoxie jocosa vocaveris, præstosum. *Age Magistrum,* cupidimq; ingenij famem hisce cupedijs exple.

Poësis. Adolescentis gratulaturus officia Majoribus. vel Neo creatis Officialibus Sodalitatum Marianarum, alijsq;, exaggerat primò collatum munus, gradum, merita quóq; illius, qui id muneris fuit consecutus. Insinuet deinde modum, quo id officium obtinuit, virtute nimirum, insignibus actionibus, fidelitate, favore promerito, &c. Demum dilaudet Officialem, applaudat ipsi, & muneri, majora devoyeat, & appre-

appreciationibus terminet carmen. Velix ipsis officij insignibus, ex temporis circumstantijs, ex adjunctis personarum eruantur conceptus; fiant allusiones, inserantur comparationes; inspergantur eruditiones, &c.

*Supellex pro hac materia.*

Comendat repetitus honor, virtusq; reducit,  
Quos fortuna regit. *Claudian.*

Ipsa sibi virtus pretium non vile laborum.

Honor & gloria, est pedissequa virtutis. *Tacitus.*

Virtutis umbra honor etiā invitox cōitatur. *Sen.*

Gloria est mater annorum. *Bion.*

Magistratus virum ostendit. *Bias,*

Vita brevis est, gloriæ cursus sempiternus. *Cic.*

Laudatāq; virtus

Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Fructushonos oneris, fructus honoris onus.

Meliūs est civitatem regi à viro optimo, quam  
à lege optima. *Arist.*

Præfectū Reipublicæ stante mori oportet. *Dioz.*

Agathocles ex figulo creatus est Rex Sici-  
liæ; Quintius ex Agricola Diſtator;

Tullus Hostilius Rex è rusticello. &c.

Herculem Atlanti in sustentatione cœli suc-  
cessisse fingunt Poëtæ.

Romani præferebant magistratui faces ac-  
censas: quodalijs virtute prælucere debe-  
ant, qui præsunt.

Thucydides Magistratum vocabat medicum ci-  
vitis.

Archytas dicebat, Judicem, & aram idem esse,  
utrūq; asylum miserorum.

Zeno, Urbes non pretiosis ornamentis; sed il-  
lustribus viris decorari volebat. *Stob.*

Lacedæmonij habebant in senatu 140. sellas, &  
totidem Judices; sellæ fuerant eburneæ, Leoni-  
bus incumbentes. Leones uno pede sellam ful-  
ciebant, altero simiam projicientes, cum lem-  
mate: Cede, Leo hic sedebit. *Epir.*

*Pro laude à virtute.*

Omnia adsunt bona, penes quē est virtus. *Plaut.*

Contra virtutem id possunt calamitates, quod  
nebulæ adversus solem. *Sen.*

Conscientia virtuti satis amplū est theatrū. *Cic.*

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solāq; latè

Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis

Erigitur. *Claudianus*

Religio Regnum basis est: sinè hac perpe-  
tuæ discordiæ, quia solia beat Regum. *Fam.*

Symbola sunt pro Religione, ut Cithara sinè  
fidibus, cum lemmate: Vis vitam tollere?  
tolle fidem. Item Chelys cum una fide ru-  
pta, & lemmate: Quò reliquæ? si me deficit  
una fides.

Constantinus magnus, Titus, & Mæcenas libe-  
ralitatis laude claruerunt.

Symbolum liberalitatis esto sol, cum lemmate:  
Omnibus exerior.

*Symbola pro officijs deservientia.*

Etna flamas eructans, cum lemmate: Prælucemus.

Candela ardens , cum lemmate : Alijs serviendo consumor.

Pelicanus, sangvine pallos ad vitam revocans ,  
cum lem : sangvis meus estis , vivite.

Horologium indicans horam 11. cum lemmate :  
semper sit secunda.

Vellus aureum , cum lemmate : pretium non vi-  
le laborum.

Huc spectant pariter Anagrammata ex nomine ,  
vel ipso munere Officialis concinnata.

*AD NEO-SODALES B.M.V.*

**H**ic plusquam Stadium panditur inclytum  
Elei , celeri quale iugalibus

Ingressus pede viator

Quondam præmia sustulit .

Nimirum gravidos hic & adoreis

Campos accumulat dextera Virginis ,

Viætorem stygis , almis

Ornatura manubijs .

Hujus sub labaro , ferte paludibus

Bellum Tænarijs . Pollice corrueit

Orci perfida , jaetet

Quamvis arma , Potentia .

Tunc vester spolijs viator ubiq; pes

Insisteret ; digitus fidereis decus

Crystallis inarabit ,

Illud funera nesciet .

Mariæ titulis sobdite nomina

Felices adeo Virginis asseclæ ,

Styliſ pulchra Choraulæ.

Sulcabunt adamantinis.

Sed, nec fidereis indita paginis,

Annosi caries invida temporis

Unquam gesta vorabit,

Vivent clara perenniter.

*Ad eosdem Neo-Sodales.*

Bella quid nostris inimica tædis?

Sanctior festas Hymenæe pande

Nuptias, Clio modulata Divos

Suggere cantus

Increpa Sponsis citharas Mariæ,

Et lyrâ dextras cumulata lude,

Barbiton latus & amica plectris

Enthea tange.

Huc chori, sponsis numerate sœcla;

Usq; vel canos inarata vultus

Ruga sulcabit, subigente vitæ

Vomere frontem.

Tum rotâ vectos volucri per astra,

Osculo lingent speciosa Matri

Labra; cælorum dapibus beabit

Virgo sodales.

*Ad promotoſ Officialeſ Sodalitatis B.M.V.*

Solemne Divis ostia pandere

Ad summa, virtus quos vehit inclyta;

Necesse, cælum tangat ille

Vertice, quem pietatis agmen

Cingit. scipſā majus habet nihil

Virtus,

Virtus, Tonanti propria cælitum;

Reptare nescit, nata cœlo,

Et superūm cumulata plausu,

Et vos perennis Numinis istius

Ambit Satelles; cujus amoribus

Vinēti, dicāstis jaēta nuper

Vota choris paritura vestris

Insigne Culmen. Vivite nomina

Condigna cælis, æmula sideri;

Servire Matri quēis polorum

Supplicibus placuit ruinis,

*Ad eosdem.*

Ite, jam sacris redimita lauris

Colla, sexcentos meritura plausus;

Ite non fessi Mariæ Ministri,

Ferte trophæa.

Hinc & hinc palmis onerate dextras,

Floribus lenes redimite crines;

Gratijs illos Zephyrus superni

Mulceat axis,

Præsides casti superæ Lycei

Virginis, festo decet aura plausu

Plena, tum fusis super ora sertis,

Frontis honores,

Hic io pæan, ter io Triumphe!

Quando jam scandit Pietas alumna

Vestra, majores superanda sedes,

Dignaq; cælo.

*ZODIACUS*

*Emblematico-Marianus,  
Deiparae Cultoribus inscriptus.*

*I. ARIES.*

Aureo velleri gemmarum dispositione inscri-  
ptum Sanctissimum Nomen MARIAE. *Lemna.*

Pretium sublime decoris.

Non opus est pontum cupidis sulcare carinis,  
Vellus ut auratum mille pericla ferant.

Nam meliora dabit virtuti præmia cælum,  
Quæ modò virgineo nomine clara micant.

Hoc vobis pendet pretium sublime decoris:  
Prændite, sic largas indè feretis opes.

*2. TAU RUS.*

Bosculum insidet Beatissima Virgo, sinu fovens  
Jesulum.

*Lemna.* Suetus amor semper dulcia ferre juga.  
Bosculus immenso cæli cum Numine Matrem

Bajulat, & sacro pondere lætus abit.

Quid patimur? talis debetur sarcina nobis;  
Hæc ferri à nostro pignora corde decet.

Noster amor melius Jesum vehet, atq; Mariam,  
Illorum suetus dulcia ferre juga.

*3. GEMINI.*

Deipara complexa Jesulum brachijs stringit.

*Lemna.* Perfecti exemplar amoris.

Nè mihi Tyndaridu memoretur pignora fratrū,  
Cor geminis unum quando vetusta dedit.

Cerni-

Cernite perfecti magis h̄ic exemplar amoris;  
Qui non alternâ morte perire potest.

4. *C A N C E R.*

Beatissima Virgo intercipit Genium humanum  
retrocedentem à cælo ad mundum.

*Lemma.* Retrogrados intercipe sensus.

Humanus quoties Proteūs sibi nullibi constans,  
Volvitur ô nimium cancer ad astra retrò!

Sanctior ast refugū Dryas excipit huncce Maria,  
Diva Dryas Triadi conciliatq; reum.

Retrogrados ô Virgo meos intercipe sensus!  
Non abit à cælo, quem pia Virgo regit.

5. *L E O.*

Deipara calcat Leonem infernalem.

*Lemma.* Et conculcavit Leonem, & Draconem.

Qui modò terribili rugijt Leo perfidus ore;  
Mutus sub plantis Virginis euge jacet.

Cum pressit jugulum pedibus, faucesq; cruentas,  
Robur, quo necuit perdidit omne suum.

Taliter hoc spestrū decet hoc tractare, sodalis:  
Conculca jugulum; nè premat, & jugulet.

6. *V I R G O.*

Virgo Sanctissima sole stellisq; amicta, flores  
spargit.

*Lemma.* Non imber gratior isto.

Sit licet alma Parenststellis, præcinctāq; sole;

Sole tamen, stellis clarior illa niter.

Insuper innumeris Charites pluit aucta quas illis;  
Irrigo nostros ut beet imbre sinus.

O nimium felix, quem talis compluit imber.

Imber

**Imber,** quo nunquam gravior alter erit!

7. *L I B R A.*

**Regina cæli supra tres Charites picta,** dextrâ solem, sinistrâ gestans bilancem.

*Lemma.* Non est speciosior ulla.

Quidquid post Numē Domus exhibet Aurea cæli,  
Cum Diva nullum Virgine pondus habet.

Nulla Charis similem, se nullāq; Gratiā jaetet;  
Nam superat cunctas una decore suo.

Matre Dei Virgo non est speciosior ulla:  
Terna alijs Charis, huic millia sunt Charitum.

8. *S C O R P I U S.*

**Beatissima Virgo Scorpioni exprimit spiculum.**

*Lemma.* Cunctas Hæreses interemisti:

Impia blanditias quoties jacit Hæresis ore;  
Infensæ toties crede venena Nepæ.

Scilicet hostili pessumdat pectora caudâ,  
Sævāq; decepto spicula corde locat.

Plaudite Mortales, stygis hanc nā Diva Ministrâ  
Virgo premit; caulas exprimit una necis.

Jam fremit atra quide, sed non valet Hæresis ulli  
Amplius infausto figere tela sinu.

9. *S A G I T T A R I U S.*

**Beatissima Virgo de Gratijs Sagittas confringit.**

*Lemma.* Charites, non fulmina spargit:  
Offensum quoties Numen justissima stringit

Fulmina, de manibus sæpè Maria rapit.

Tela vibrat quoties, quoties mortemq; minatur;  
Virgo stat, & Charites impetrat, ac veniam.

Hæc nobis semper Charites, non fulmina spargit:

Ultæ

ulta satiis, veniam quando precata fuit.

10. *C A P R I C O R N U S.*

Genius in Hæreses certans, accipit à Deipara Capricornum, qui eas cornibus & caudâ ferit.  
*Lemma.* Da mihi virtutem contra hostes Tuos.  
Fabula Phlegræos quondam certâsse Gigantes  
Dixerat in cælos, impia bella nimis.

Monstra sed hæc etiam monstro superata fuisse  
Addidit, horrendus qui Capricornus erat.

Hæreleos quoties monstrum decertat in astra?  
Cui jugulum posthæc fulmina, spectra secant.

Da mihi virtutem Virgo, bellator in hostes  
Ibo tuos, robur da mihi, Virgo, manum.

Hæresis ut proprio succumbat fracta veneno,  
Infelix spectris concidat atra suis.

Monstra decet monstris, & clavū pellere clavo,  
Hæresin & spectris interijsse suis.

11. *A Q U A R I U S.*

Beatissima Virgo Maria fundit mel ex crystallo.  
*Lemma.* Dulcissima gutta.

Ambrosiam fundit duntaxat gratia Divum;  
Mella dabit mundus felle linita suo.

Si placet irriguo perfundere nectarē guttur;  
Ebibe, quod fundit Diva Virago manu.

Istinc gutta fluit toti dulcissima Mundo:  
Felix, quem talis compluit ambrosia!

12. *P I S C E S.*

Beatissima Virgo insidens naviculæ vehitur ge-  
minis piscibus per aquas.

*Lemma.* Natatq; salo meritura salutem.

312      *Pars 3. Ind. 1. Adolosc. Poëtica.*  
Aspicis, ut vehitur gemino sacra pisce Virago,  
Per juga cœrulei vix numeranda maris.  
Obsequium præstant Dominae tellure mariq;  
Omnia, Reginam totius esse sciunt.  
Diva natatq; salo nobis meritura salutem:  
Cùm nisi per syrtes sit via certa Poli.

*PLANETÆ EMBLEMATICO-*  
*Mariani, tanta tamq; magna Domina Ministris.*

*D E D I C A T I.*

*1. S A T V R N V S.*

Moribundus ad Cæli Reginam extendit brachia, falcato Saturno clepsydram ostendente.

*Lemma.* Nos horâ Mortis suscipe.

Nascimur in vitam, venientéq; tempore vitam  
Ponimus, & tempus quod dedit, eripiet.

Unaq; mortales nos hora ministrat in ortum,  
Altera in occasum fert properante pede.

Imò eadem nos sæpè rapit, quæ protulit hora;  
Et metuenda jubet pergere: tempus adest.

Suscipe nos tali pia Virgo mortis in hora:  
Mors isthæc vitam non rapit, at tribuit.

*2. J U P I T E R.*

Beatissima Virgo pallio tegit Genium huma-  
nam, stringente fulmina Numine, quæ  
manu retinet.

*Lemma.* Refugium peccatorum.

Justa quot adversum nos stringit fulmina Numē,  
Fulmina peccatis debita sæpè meis!

O quoties meriti Mortales vindice ferro,  
Et faimus telis, igne perire, inari!

Sed

Sed rapit ultices en Virgo Maria Sagittas,  
Illarum Charites substituitq; locò.

Tristis ad hoc fugiat semper peccator asylū: est  
Certa salus, Matri complacuisse Dei.

3. *M A R S.*

Deipara, ambit Pacem oleagino ferta, Marte ex  
curru deiecto.

*Lem̄ma.* Funda nos in pace.

Quām rigeat densis hic, aspice, Marspiter armis.  
Armis quem rigidum dura metalla regunt.

Ipse rotat gladios, & acutis sibilat hastis,  
Inter s̄eva ferox Marspiter arma fremit.

Virgo sed hostili bellum exuit ense Maria,  
Terribilesq; fero cum Duce, sternit equos.

Alma vide, in currum Pax illum Chara locatur:  
Cujus blanda pium cingit oliva caput.

Nos in pace Dei funda sanctissima Virgo:  
Quam dum fundabis, Pax ea firma manet.

4. *S O L.*

Beatissima Virgo tota radiata, Solem pectorē  
pr̄ferens.

*Lem̄ma.* Electa ut Sol.

Diva gerit Virgo fulgentem pectorē Phœbum;  
Attamen est Solis clarus illa jubar.

Emicat, & rutilis vincit fulgoribus astra;  
Virtutum cunctos irradiatq; face.

Quod sol est cælis, nobis hoc Virgo Maria:  
Hæc face, quis rectâ nesciat ire viâ?

5. *V E N U S.*

Beatissima Virgo Jesulum complexa proculq;  
Cupidinem.

H

*Lem̄ma*

*Lemma.* Casta Parens hic est; ergò fuge fœde  
Cupido.

Cur foget ista sinu Divinum Virgo Puellum?

Talia nempè Deus basia semper amat.

Casta Parens hic est; ergò fuge fœde Cupido,

Noster amor Jesus Virgoq; sancta subit.

Mundani quoties pulsant, homo, peccatus amores,

Protere, in amplexus qui cupis ire Dei.

#### 6. MERCURIUS.

Angelus Gabriell lilia deferens salutat Beatissimā

*Lemma.* Ave Maria.

Hic Tibi promit ave cælestis Virgo minister,

Dulcis & Orator Numinis ipse subit.

Qui licet à celso Caducifer adsit Olympo,

Pro sceptro, manibus lilia bella, refert.

Hoc decet insigni Tibi dicat Virgo salutem;

Cujus mens supra lilia blanda nitet,

#### 7 LUNA.

Luna sub plantis Beatissimæ Virginis Jesulum  
gestantis.

*Lemma.* Pulchra ut Luna.

Cynthia sole procul pleno quæ lumine fulger,

Huic propior perdit dimidiata facem.

Justitia soli sed quod vicinior ardet

Virgo Dei, semper plus ea lucis habet.

Pulchrior est Lunâ, cunctis fulgentior astris,

Virgo jubar terræ, Virgo decusq; Poli.

Hinc Tibi sub divis procumbit Cynthia plantis,

A Te plus lucis, plus habitura facis.

*I N D V C T I O II.*

Poëta Adolescens animum utiliter relaxans,  
eruditis artificijs, & innocentibus lusibus  
occupatur.

Poëta. *In lusus prodeamus Adolescentia,* &  
*animum nonnihil relevemus, levioribusq; Arti-*  
*ficijs ad festivitatem aliquantisper tempus falla-*  
*mus. Adolescentia. Pralude, sequar. Poëta.*  
*Ordine Alphabetico ludamus.*

1. *Acrostichon, Onomastichon seu Paromaon*  
est carmen, quod certum nomen, sive titulum  
refert. Fit multipliciter.

*Primo Quando omnes dictiones carminis*  
ab iisdem literis incipiunt, & nomen quodpiam  
complectuntur.

Maria Mirarum Mater Mirissima MatruM.  
Astripotens, Augusta, Alma, Admirabilis A l t A,  
Kite cui Reges, Reginæ, Regna RegūtuR  
Judicis In cælo genitrix Iustissima I u st I,  
Amplific A, servA, exornA marianA lyceA,

*Secundo Quando eadem litera terminatur*  
carmen, quâ incepit; prout in exemplo su-  
periori.

*Tertio, Quando initiales, & finales literæ*  
carminum exprimunt aliquod nomen, sive sen-  
sum. Hâc verò ratione possunt ejuscemodi  
versus in varias figuræ, uti Rosas, Stellas, Ve-  
xilla, Cruces, Ensæ, Pyramides, Obeliscos,  
Stemmata, Fructus, Flores, &c. disponi.

## AVE MARIA.

Angelus ut sacro Dominæ fert ore saluteM,  
 Virgineis dextris dare lilia pingitur alba,  
 Ejus mentis ebur nitido cùm flore notetuR,  
 Musa Tuo sed Virgo Rosam dat nostra pudori:  
 Accipe Diva Parens, & gratâ sulcipe dextrâ;  
 Religiosa simul Cultoris respice dona.  
 In nostro defige rosas & lilia sensu:  
 Ah meliore nequit mens nostra nitescere florE.

Hi versus in Rosam disponi pos-  
 sunt eo, quo vides, modo.

*ROSA ACROSTICHA MARIANA.*

117.

RODOMINE  
VITE SC  
ndiar quēis \*

Res, decus orbis, cælic A port  
Recens, spes pretiosa me **A**

Eiusdem


The image shows a circular arrangement of Latin text on aged, yellowish-brown paper. The text is written in a cursive Gothic script and is arranged in concentric circles around a central floral ornament. The outermost circle contains the following text:

MUL CULTORIS REFIGE ROSAS ET LILIAS  
GRATA SUSCIPERO RENE DODON  
DEXTRA HMELO RENET LILIACITATE  
NONO ANGELUS UT SACRA RODOMINE  
EX DEXTERAE SCENAE VIRGINIS  
ERIT ORFE SALUTE M  
TRIS DARE LISSA PINCITURA ALBA  
DIVA AD APPARENS  
RELLIGATRISTRA PUDORI  
OSA SI  
A GRATA SUSCIPERE DEXTRA  
HMELO RENET LILIACITATE  
NONO ANGELUS UT SACRA RODOMINE  
EX DEXTERAE SCENAE VIRGINIS  
ERIT ORFE SALUTE M  
TRIS DARE LISSA PINCITURA ALBA  
DIVA AD APPARENS  
RELLIGATRISTRA PUDORI  
OSA SI

The inner circles contain more text, which is partially obscured by the central floral ornament. Marginalia are visible along the left edge, including the word "ALICE" and some smaller, illegible text.

**M**aria dulcissima uero  
Regina gloriæ et misericordie,  
Immaculata deceptio  
et auxiliatrix nostrorum  
timoribus. **R**ecens, spes pretiosa mea  
et confortatrix. **A**men.

Ejusdem stellæ acrostichæ versus ac similes ab una litera  
inchoati per rotam, atque hujusmodi rotundum stemma  
vel figuram exhiberi possunt.



I nclita portamus sub Christi nomine signa,  
E jos & auspicijs prælia nostra sonant.  
S cilicer ille Ducus loca possidet omnia nostri  
V ixq; manum gravidam tollimus, hostis humi est.  
E t Tua Virgo volant nobis radiata trophæa;  
T ota sub his signis Tartara fracta jacent.  
M atris & auspicijs nati prosternimus hostes;  
A rmis tam sanctis vincere quisque potest.  
R obore Christiadum Divino cinge phalangas  
I nclite Dux noster, quo Duce bella placent.  
Æ there sponla Dei sacras submitte macheras:  
M undus, fracta caro, Seyx quoq; vieta cadent.

L  
I  
T  
A  
M  
U  
S

Quatuor

ac similes ab una litera  
li rotundum stemma

O r i O la Virginum  
Ita lucida gemma pol  
alma dei . Rosa mystica pagina raru  
m Radiat quels polus Atq; folu

Quatuor

NA.

D


Quarto, ad Acrostica referimus varias figuras, licet non exprimant nomen; sed veluti figura sint: Possunt enim acrosticē nomina aut sensus quo spīā referre. Hic diversa adhibentur; cum modō hexametra, modō Adonia, Glyconia, Sapphica, phaleucia aliāq; pro spatialium quantitate permisceantur.

In Cruce Christi  
Vera voluptas,  
Gloria summa.  
Gaudia certa,  
Omnia fausta,  
Nulla pericula.

O crux! delicij iedes, spes inclyta salve;  
In te fixa manent nostri solatia cordis.  
Tu mea sola geris, cupidus quæ gaudia speres;  
Quas ego delicias optem, fers unica cunctas.  
In cruce demoriar, qui de Cruce vivo beatus.

Crux mea vita est  
Gratia tota,  
Deliciæq;  
In Cruce nostræ.  
Illa decorum,  
Bajulat Orbis;  
Illa Polorum  
Gustat amorem;  
Omnia portat  
Gaudia Cæli.  
Illa coronas,  
Illa beata  
Præmia nobis  
Sola meretur,  
Et cumulabit

HÆC REQUIES MEA.



*Quinto* Acrostichâ in principio per omnium versuum decursum nomen exprimere solent, idq; etiam quandq; in medio ac fine. Funt pariter ita, ut initiales carminum literæ nomen, mediae Anagramma, ultimæ vero ac finales votum quodpiam referant. Prout hæc duobus sequentibus exemplis exhibitori sumus.

**I**p si tres Charites vates cecinere profan  
*numeratas sed enim in minime mutabilis orbis*  
**O**mnia felici quando **O**nunc gratia nimbus **O**  
*lma rigat, magna ad spectat secula nostrorum*  
**A**ffulget semper plena **A**cidisq; favoribus autem **A**  
*mplisonum cum recte sage Tutelaria fest*  
**N**obile per mudus parge **N**s amplissima lumen **N**  
*nomen tale fere et sibi Gratia nomine*  
**N**ec sine lacticijs **N**unc imple nominis omnes **N**  
*et te munere Nume*  
**E**cclio Charites caput **E**prospera tempora vivit **E**  
*Semper magnifico cumulat vivos prorrahe sole*  
**S**ic tibi vita fluat, **S**ic semper vive Joannes **S**

Nomen. Anagramma. Votum.  
**G**narus AristorideS centeno lumine cerniT,  
 Est pro commisso nec Vigil usq; GregE.  
 Odis Mercurij sOpitus gramine PastoR  
 Rarus tam q; viGil concidit ille manV.  
 Gnauius invigilas gRegib9, celebrade GeorgI  
 Irruat è cœco nE Leo forte SpecV.  
 Vafros népelupos abiGis, Pater optime, cauLA;  
 Sic tua Plus ArgoLumIna bina videnT.

Ipsi tres CharItes vates cecinêre profani  
 Inumeras sed eim mOdò spectant sœcula nostrA  
 Omnia felici quândo nunc Gratia nimbo  
 Alma rigat, magnOminimè nuerabilis orbI  
 Aſſulget ſemper, plAcidisq; favoribus auſta  
 Amplifonū cū re, retiNet ſibi Gratia nomeN  
 Nobilepermudusparge Ns amplissima lumen.  
 Nomen tale fereNs age tutelaria festA  
 Natalem celebrans Nunc iimple nōiniſ omeN.  
 Nec ſine lætitijs fEstivos protrahe ſoleS  
 E cælo charites capE, proſpera tempora vivE,  
 Seper magnifico cūlEt te munere NumeN  
 Sic tibi vita fluat, Sic ſemper vive JoanneS:

*II. Enigma rem obscuris amb. gibis, & allegorijs involvit.* En pauca exempla.

*Eva ex Adamo ſumpta.* Ex Oven.  
 Dic mihi, quæ fuerit, Matri quæ filia nupsit?  
 Cujus erat Mater mascula, neino Pater.

*Glacies & aqua.* Ex Diomedē.

*Quam Mater genuit, generavit filia Matrem.*

*Nix à sole consumitur. Ex Masenio.*

*Nuda suis plumis volucris sedet arbore nudâ,*

*Hanc veniens hospes, qui caret ore, vorat.*

*Somnus.*

*Quis sim, nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.*

*Alphabetum.*

*Bis duodena regit mundi fastigia turba,*

*Non edit, atq; babit; nec tamen emoritur.*

*Tempus Pluviosum. Ex P. Carolo nostro.*

*Quid benefacta juvant? dū vitā protraho cūctis,*

*Hoc magè turpe vocor, quò magè purgor  
aquis.*

*De cæco, qui alteri excutit oculum*

*Ex eodem.*

*Hostem, dic mihi, quis timore nullo*

*Possit lædere talionis æquæ?*

*Lupum occiso agnello onustum, fugit Rusticellus,*

*Quadrupedē quadrupes, viventē mortu⁹ urget;*

*O&tipedēm⁹ fugit, dum videt huncce bipes.*

*III. Æquidicum carmen seu Paromæon est,  
cujus singulæ dictiones ab eadem litera deducuntur.*

*Crux Christi copulat, conjungit corpora cælo.*

*IV. Æquivocum continet lusum in nomine,  
ex cuius divisione subinde etiam conficitur.*

*In sylvis lepores, in mensis quære lepores.*

*Quid facies, facies Veneris, si veneris ante?*

*Nè pereas per eas; né sedeas, sed eas.*

*V. Alphabeticus versus, seu Pangrammaton, complectitur omnes literas.*

Dux Zephyrus surgens permiscet flatibus æ quor.

*VI. Anagramma est literarum in dictione, aut sensu contentarum commutatio, aptiq; sermonis, aut vocis constructio, in alium sensum ducens.*

LEOPOLDUS. PELLO Duos.

Quando Anagramma Epigrammate explicatur, dictiones conversæ metris interponi debent.

Anagramma aliud est *purum*, in quo eadem prorsus literæ retinētur. Joachimus Jo hāc imus.

*Non purum*, in quo literæ aliquæ intermittuntur, augentur, aut variantur, ut C. loco Z. item f. loco ph. &c.

*Mixtum* est, in quo literæ, vel diptongi disjunguntur, aut copulantur, ut a. e. ex æ. item o. e. ex. œ. sic c. s. ex x. & è converso.

Rariora sunt Anagrammata, quando una dictio permutata adstruit sensum. Mater armet, marte ratem, metra teram.

Ex titulo commutato adstrui vita potest, aut præfigia fieri; quæ deinde vaticina loco programmatis ponantur.

*Programma.*

Regina cæli lætare, Alleluja;

Quia, quem meruisti portare, Alleluja,

Resurrexit, sicut dixit, Alleluja:

Ora pro nobis Deum, Alleluja.

*Anagramma mixtum contractis semel a. e. in a.*  
*Enīquallor rabijt terræ, stygiæq; paludis*  
*Loxit aqua , è vili lare cum Deus exiit urnæ.*  
*Mella parate, colar rare, volo lilia mille.*

*Programma.*

*Gaude, & lætare Virgo Maria , Alleluja:*  
*Quia surrexit Dominus verè , Alleluja.*

*Anagramma purum.*

*Mella Dei donas terris Galilæa Virago;*  
*Lux alta ure reum , I vivāq; , ritè vale.*

*Celsissimo Principi Archi-Episcopo Stri-*  
*goniensi, ante aliquot annos sequenti arti-*  
*ficio deserviveramus.*

*Programma ex Metaphraſte.*

*S. Georgius Martyr è Cappadocia , Diocletia-*  
*ni Comes, Militiæq; Polemarchus; Zelosè ar-*  
*guens ejus sævitiam in Christianos, præ pecto-*  
*re lapidem gestans, calce in tres dies sepultus,*  
*sæpè à summo ima mucrone & incensis æneis*  
*calceis vitreisq; à ferris sævè scissus , mortuum*  
*resuscitans, à Christo invisus , immersis Nu-*  
*minum statuis, egregiè pugnans securi cæ-*  
*ditur.*

*Anagramma purum.*

*Celsissimus & Reverendiſsimus Princeps ac*  
*Dominus, Dominus GEORGIUS SZECHENY,*  
*Miseratione Divinâ Ecclefia Metropolitanæ*  
*Strigoniensis Archiepiscopus, Lociq; & Comi-*  
*tatus ejusdem supremus ac perpetuus Comes,*  
*Fumas Regni Hungariae, Legatus natus, sum-*  
*mus*

mus & secretarius Cancellarius, Sacratissimæ  
Cæsareæ Regiæq; Majestatis intimus consilia-  
rius.

Illustrissimo Domino Georgio Fenesy Epi-  
scopo Agriensi ante complures annos, dum a-  
geret suffraganeum striognensem, vaticinatus  
fui dignitatem, uti sequitur.

*Programma.*

GEORGIUS FENESIUS Episcopus Csa-  
nadiensis Abbas B. M. V. de Monte Zebegénij  
Ecclesiæ Metropolitanæ Strig. Canon. &  
Præptus Major, Cel. Princ. D. D. Archi-Epis. C.  
Strigoniens. in spiritualibus Vicarius & suffra-  
ganeus, ejusdemq; S. Sedis Generalis causarum  
Auditor, S.C. Rq; Maſtis Consiliarius.

*Anagramma purum vaticinum.*

Sān vigens ibis numerosos semper in orbes.  
Te Zelus fidei, virtus ac gloria vitæ

Præsuleis vittis condecorantq; pedis.

Hinc & in Agriacis effulges sedibus, inter  
Pannonicos plausus deliciásq; Gregis.

Ecce scias, majora parant cum Cæsare Roma,  
Gens, Princeps: Virtus sed Tibi summa dabit.

VII. *Aritihmeticum* carmen est, in quo ludi-  
tur in numero. Sic in sequentibus versibus, he-  
roico quidem quadringenta & quatuor millia,  
in pentametro millio pedum reperiuntur.

Mille boves pascunt vitulorum millia centum:  
Musca super vitulum quemlibet una sedet.

*Ænigma Arithmericum.*

Poma Petrus carpsit, decerpit & arbore Paulus;  
 Pomorum numerum quis sit utérq;, latet.  
 Petrus ait Paulo: duo des mihi poma tuorum,  
 Pomorum numerus tunc mihi duplus erit.  
 Paulus ait Petro: tria des mihi poma tuorum;  
 Pomorum numerus tunc mihi triplus erit.

*Solutio.*

Æqualem numerum pomorum carpsit utérq;  
 Sex etenim Petrus, sex quodq; Paulus habet.

*Literæ vocabulorum.*

Ter tria sunt septem, milium sex continet unū.  
*VIII. Antithetum.* carmē per contraria ludit.  
 Lex exlex, lux atra, via invia, serva potestas,  
 Irrequia quies, & malefida fides.

Turpis honos, pietásq; ferox; odiosa voluptas,  
 Pax discors, status mobilis, ægra salus.

*IX. Brachicolon* seu monosyllabicum carmen dictiones monosyllabas continet.

Pix, fax, fex, lex, lux, nex, nix, pax, Dux  
 quodq;, styx, stryx,

Et Rex, & grex, & crux habet ista  
 crucem.

*X. Caballisticum* carmen est, cuius singulæ literæ numerum Arithmeticum exprimunt, anno vel alteri rei competente.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N.  
 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20. 30. 40.

O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.  
 50. 60. 70. 80. 90. 100. 200. 300. 400. 500.

Panno-

Pannonicis redeas, age, Pax lætissima sceptris.  
summæ 342. 185. 13. 361. 355. 437.

Diphthongus *x.* ex *a.* & *e.* efficit 6.

342

185

13.

361

355

437.

Suīna exprimit modernū annum 1693.

XI. *Cancrinus versus*, retrogradus, reciprocus, *Diäulonianus*, *Soradæus*, seu metamorphosicus, cujus voces retrogradè enuntiatæ eundem sensum retinent, aut alium adstruunt; quod idem in literis contingit.

*Abel.*

Sacrum pingve dabo, nec macrum sacrificabo.

*Cain.*

Sacrificabo macrum, nec dabo pingve sacrū.

XII. *Centaurium carmen* est, quod à minoribus ad majora metra ascendit, ut in Pyramibus ab Adonio ad Glyconium, &c. usq; ad hexametrum.

XIII. *Chronologicus versus*, aut *Chronostichon annum numero Ecclesiastico*, majusculis literis scribendo, exprimit.

VIVE DeI genITrIX 18 faX pVrIssIMa CæLI :

XIV. *Correlativum carmen*, alias *parallelum & Palintromon* est, in quo nomina & verba non inibus verbisq; ex opposito respondent.

*Prin-*

*Princeps, nauclerus, pastor, rego, návigo, pasco,  
Plebem, pontum, agnos milite, línltre, cibis.*

*XV. Dírythmicus seu Leoninus* versus est, in quo media dictio consonat cum ultima.

*Qui pingit florem, non pingit floris odorem.*

*XVI. Echonicus* versus finales syllabas repetitas habet.

*Cernitur amicus amore, more, ore re.*

*Excipiunt Christi servos nisi prospéra. spera.*

*XVII. Emblematicum* carmen est, quod symbolo seu picturâ tum lemmate, aut inscriptione, ac deniq; epigrammate ingeniosam moralitatem inducit. Alciatus impossibile expressurus, pinxit Æthiopem balneo utentem, cum lemmate: Æthiopem lavas.

*Abluis Æthiopem quid frustra? ah desine: noctis illustrare nigræ nemo potest tehebras.*

*XVIII. Epitaphium* est inscriptio sepulchralis in laudem, vel vituperium defuncti, cum morali doctrina ad lectorem directa. Sic illud de Alexandro M.

*Hic jacet, immensus cui non sufficerat orbis:  
Hic est cui toto nullus in orbe locus.*

*Quærite Regna Duces per tela, per arma, per ignes;*

*Unadies sepelit prælia, Regna, Duces.*

*XIX. Epomonion, seu carmen Metatheticum,* in quo voces utriq; etiam versui deserviunt in sensu contrario.

Est canis venatur, servat.

in sylvis, & omnia

Est lupus nutritur, vastat.

XX. *Etymologicus* versus habet notationem nominis.

Cum verbū sit Eras, Mus nomen: quid sit Erasmg,  
Ingenio lector colliget indē suo.

XXI. *Fistulare seu scalare* carmen est, quod syllabatim ascendit, vel descendit.

*Ascensus.*

Si cupis ornari virtutibus Heliodore?

Sit Deus æternæ stationis conciliator.

*Descensus.*

Vectigalibus armamenta referre jubet Rex.

XXII. *Genealogicum* exprimit nominis originem.

*Etimo*

*Honoris logia.*

*Genea*

Divitias, & opes Hon lingva Hebræa vocavit,  
Gallica Gens aurum Or, indēq; venit honor.

XXIII. *Gryphus, & Logogryphus* est Iusus obscurus in nomine, & differt ab ænigmate, quod hoc fiat in sensu allegorico; ille autem in vocabulo.

*Muscatum*

*mus.*

*musca.*

Sume caput curret; ventrem superadde, volabit;  
*muscatum.* *mustum.*

Adde pedem comedes: sed sine ventre bibes.

*AVE.*

Mitto Tibi navem puppi prorâq; carentem.  
*Angelus & Anglus.*

Incola qui fueram cæli , si littera desit ;  
Incola telluris non adeundus ero.

C O R.

Luna miha media est , tum sol , rabiesq; canina.  
*CORONA.*

C.

In facie medium porto cum sole Dianam ;  
*R.*

O.

Iracunda canis , sol quóq; corda tegit.  
*NA*

Et finem , quem Luna , gero ; sum nîl tamen horū ,  
Sed plenum vento vas , quod ubiq; patet.

*Castanea , Casta.*

Arbor inest sylvis , quæ scribitur octo figuris ;  
Fine tribus déptis , est mens celebranda per astra.

*Corvus , Cor.*

A nobis corvum finè cauda Numinæ poscunt ,  
*Damasus.*

In sylvis currit , domibus referatur abundè ;  
Adde simul : Papæ nobile nomen erit.

*Sus , tinea , mus.*

Furfur edunt , pannos & panes , sustineamus .  
*Argentum & aurum.*

Mutnegra cum murva faciunt rectissima curva .  
*Felicitas.*

In cælo est vox una , novèn quæ scripta figuris .  
Exuperat cunctam dulcior ambrosiam .

*Est ca-*

Est caput ingratū, sine quo néq; gratia voci est:  
Cùm post fel terræ det sua mella polus.

*Gryphus enigmaticus.*

Dic, quod non vivens vivum sit vertice dempto?  
Id lapis est, dempto vertice, nam fit apis.  
Inq; brevem si mutetur, quæ syllaba longa est,  
Nāvis, & ablato vertice, fiet avis.  
Sic paries aries fit, sangvis & angvis, at hamus  
Mus, Magnes Agnes, Jaspis & aspis erit.  
Imò, & quod vivit sine vertice vivit & ivit.  
Sic & Erasmus mus, sicq; boves & oves.

*Alleluja.*

O sine, quinq; tenet vocales dictio, & unam  
Ter liquidam. Quæ sit vox ea, prode mihi.  
*XXIV. Intercalaris* versus post aliquot metra  
repetitur ut illud Virgili.

Incipe Mænalius mecum mea tibia versus, &c.

*XXV. Macrologus* prolixissimis constat di-  
ctionibus.

Perturbabantur Constantinopolitani  
Innumerabilibus sollicitudinibus.

*XXVI. Musicus, Hieroglyphicus, & Arithme-  
ticus*, notis, picturis, & numeris expediuntur,  
ut: Mille boves pascunt vitulorum millia cen-  
tum. Loco mille scribe M. dein pingatur bos,  
& notetur verbum pascunt; rursus pingatur  
vitulus, & demum C M.

*XXVII. Prothens* versus est, qui manentibus  
ijsdem vocabulis variè mutatur.

**Rex, Dux, sol, lux, lex, fons, spes, pax, mons**  
**petra Christus.** Variatur 3618800.

**Tot Tibi sunt dotes Virgo, quo fidera cælo.**  
**Variatur 1022. vicibus.**

**XXVIII. Panthoniphantum carmen est in quo**  
**certa vocalis dominatur.**

**Ad sacras agnam mactabat Balthasar aras.**

**XXIX. Philomelicum à syavitate nomen de-**  
**duxit.** (chrum)

**Sunt pulchri campi, sunt pulchræq; gramina, pul-**  
**Est Pæstum, & toto semina jaæta solo.**

**Sunt pulchræ gemmæ, sunt astra, & lumina pul-**  
**chra,**

**Et pulcher ros est, lux quoq; pulchra poli.**

**Pulchrior est campus Christus, tū germine, Pæsto,**  
**Semine, gemmâ, astris, lumine, rore, polo.**

**XXX. Polypticum declinat nomen per casus,**  
**& verbum conjugat per tempora.**

**Crux erat ante crucem crucis, & crux de cru-**  
**ce facta est:**

**Antea amaror, nunc dulcia cuncta cruci.**  
**E.T.**

**Ut legit, ut legis, ut lego, terria, prima, secunda.**

**XXXI. Paronomasium dictionem inflebit, &**  
**Iudit in nomine, quod etiam notat,**

**Filia subtilia texit subtilia fila.**

*De Sanctis.*

**Clara, Agatha, Ambrosius, Stephanus Vincentius**  
**Agnes,**

**Conveniunt sanctis nomina pulchra suis.**

*Bac-*

Barbara, Cæcilia, Ursinus, Lupus, Ursula, Asella,  
En pugnant sanctis nomina prava suis.

*XXXII. Quadratum seu Strichodialecticum,*  
Deorsum ac sursum legitur.

Nomen condecorant invicti stemmata Regis:  
Condecorant potius Christi virtutis honores.  
Invicti Christi decorant peramabile pignus,  
Stemmata virtutis peramabile pignus amoris,  
Regis honores pignus amoris, Nomen Jēsu.

*XXXIII. Rapsodia est, cum versus ad imitationem respondendo detorquentur in aliam partem.* *VENETIÆ.*

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in undis  
Stare Urbem, & tori ponere jura mari.

Nunc mihi Tarpejas quantumvis Jupiter arces  
Obijce, & illa tui mænia Martis, ait:  
Si Pelago Tyberim præfers, Urbē aspice utramq;  
Romam homines dices, hanc posuisse Deos.

*R O M A.*

Quā mihi Rex Pelagi Venetā nunc obijcis Urbē.  
Ergo potest geminum Mundus habere caput?  
Imperium peperit Latio circumdata ferro,  
Ferro non tumidis, Regia Martis, aquis.  
Aspice victi orbis signa inclyta: dixeris illos,  
Qui mare, qui terram perdomuere, Deos.

*XXXIV. Serpentinus* versus eâde dictione terminatur, quā incœpit, & Epanalepticus vocatur.

Crescit amor numi, quātū ipsa potētia crescit.

*XXXV. Sinalephicum* carmen multitudine elisionum abundat.

Clam ipsi si ego arma emam ibi apta, op  
Ja equā

**equi hostem ut agro hunc abigam omnem.**

*XXXVI. Silonianum* à Silone Hispano, qui sibi ejusmodi Epitaphium construxit, nomen habet. In eo debent esse literæ inæquales numeri, propter primam, quæ medium locum occupat; & requiruntur tot areolæ sive quadratula, quot sunt literæ. Legi potest in duplum plures, quam literæ in eo reperiuntur. Unde si carmen habuerit 33. literas, legetur 66. vicibus, ab eadem initiali litera inchoando. sic h̄ic esto Silonianicè disponenda hæc una alteraq; dictio ad B. M. V. *Sancta Maria;* quæ cùm literis 11. constet, viginti duabus vicibus ab S. incipiendo perlegi poterit.

|   |  |   |  |   |  |   |  |   |   |   |  |   |  |   |  |   |  |   |  |   |
|---|--|---|--|---|--|---|--|---|---|---|--|---|--|---|--|---|--|---|--|---|
| a |  | i |  | r |  | a |  | m |   | a |  | m |  | a |  | r |  | i |  | a |
| i |  | r |  | a |  | m |  | a |   | t |  | a |  | m |  | a |  | r |  | i |
| r |  | a |  | m |  | a |  | t |   | c |  | r |  | a |  | m |  | a |  | r |
| a |  | m |  | a |  | t |  | c |   | n |  | c |  | t |  | a |  | m |  | a |
| m |  | a |  | t |  | c |  | n |   | a |  | n |  | c |  | t |  | a |  | m |
| a |  | t |  | c |  | n |  | a |   | S |  | a |  | a |  | c |  | t |  | a |
| m |  | a |  | t |  | c |  | n |   | a |  | n |  | c |  | t |  | a |  | m |
| a |  | m |  | a |  | t |  | c |   | n |  | c |  | t |  | a |  | m |  | a |
| r |  | a |  | m |  | a |  | t |   | c |  | r |  | a |  | m |  | a |  | r |
| i |  | r |  | a |  | m |  | a |   | t |  | a |  | m |  | a |  | r |  | i |
| a |  | i |  | r |  | a |  | m | * | a |  | m |  | a |  | r |  | i |  | a |

*XXXVII. Varsabilis vox metamorphosin carmine facit. uti:*

*Catibus in plenum scandat bo syllaba currū;  
Carbones plenus tunc nisi currus habet.*

*ITEM.*

*Carbones fiunt, abeat bo syllaba, carnes;  
Sed carnes fiunt r. abeunte canes.*

*Carnes carbones medians b. syllaba reddit:  
At b. si pereat littera, carbo caro est.*

*INDUCTIONE III.*

*Poëta festivos serios, ac jocosos ag-  
gregat conceptus, Epigrammatis venas  
pandens, & salem spargit.*

Poëta. *Ad Epigramma nobis iter; ut adeò  
festivi salis aperiantur fodina, quo Juventutis  
ingenium perfricitur. Et aeulei hic de promendi;  
non quibus ceu dente cynico, aut nocivis spiculis  
pungatur fama: sed via expungantur, &  
virtutes plantentur. Juventus. Explica nomen.  
ostende varietatem & animum acue. Poëta. Ac-  
cipe, & ex alienis, præsertimq[ue] R. P. Jac. Masenij  
è Soc. Jesu. fontibus, meisq[ue], tum aliena,  
tum mea propinantem habe, & quidem methodo  
compendiosiori, quâ poter, incidentem. Adfero  
plura ex hortis Raconisij Emmam. Thesauri. cum  
& ad mores sint, & ethice fabulas explicit ad  
instructionem.*

*Epigramma est inscriptio metrica, in qua il-  
latum cum clausula argutè componitur,*

**E** Aliud est simplex, aliud compositum.

*Simplex* est, quo res nudè absq; argutia narratur. ut illud de Virgilio.

*Mantua me genuit, Calabri rapuere, tener nunc  
Parthenope : cecini pascua, rura, Duces.*

*Compositum* est, quod narrationi adnequit argutiam. *Mart. l: 5. ep. 47.*

*Nunquam se cœnasse domi Philo jurat; & hoc est:  
Non cœnat, quoties nemo vocavit eum.*

Hoc autem rursus vel est *Serium* & grave, vel *jocosum*. Istud urbanos & ingenuos absq; sannis & cavillationibus conceptus producit; illud *encomio*, vel *festivâ argutiâ* concludit,

*Sersum de S. Catharina.*

*Laeteus è jugulo Catharinæ exuberat humor.*

Debet enim partos pascere lacte Sophos.

*Jocosum ex Mart.*

*Lætuses, & rudes, cùm cœnas Pontice mecum:  
Si tecum cœnem, Pontice tristis eris.*

Virtutes Epigrammati sunt *Brevitas, Veneras, Argutia*. Hinc rarius ultra decem versus excurrit. Pulchrum redditur verbis, rebusq; festivis, urbanis, tercis, blandis, amœnis, innocè facetis, svavi verborum lusu, selectis epithetis, proprietate vocum, dulci sono, &c. sed de Argutia fusiùs.

*Argutia* est animi sententia, aliquid præter opinionem cum ratione adferens. Appellatur etiam *conceptus, & acumen*.

*Argutia* est duplex, festiva nimirūm ac seriūtum jocosa ridiculāq;.

*Serius*

*Seria ex Mart.*

Nocte pluit totâ, redeunt spectacula manè:  
Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.  
*Jocosa argutia.*

De mento tota est tibi, Mantale, barba relecta:  
Quis dementatum te neget esse modò?  
Fontes argutiarum, ex quibus desumi conceptus  
possunt, nonnihil indigitavimus superius Part. I.  
Induct. 5. ubi de Inventione egimus.

I. *A Definitione*, cùm natura rei explicatur,  
vel nomen describitur, idq; potissimum allego-  
ricè.

Vita hominis est folium, flos, fabula, bulla.

*SERIUM.*

Forma quid est, quæris? lethalis vita, lucrosus  
Jaetus, barbaries blanda, bonumq; nocens.

*JO COSUM.*

Est figulus cunctos opifex mundissimus inter:  
Nam caput atq; pèdes, brachia sèpè lavat.

II. *A Notatione*, cùm nominis vis & ety-  
mologia exprimitur. Ut si S. Margaritam vo-  
caveris gemmam, cælo illatam.

*Serium de S. Barbara.*

Barbarico Natæ Genitor vitam eripit ense:  
Barbara non Gnata est, barbarus est Genitor.

*JO COSUM.*

Venter aqualiculus frustrà tibi, Trulle, vocatur:  
Avino hunc debes dicere, non ab aqua.

III. *Ab Infexione, additione, vel detractione*

vocis. Ut si dicas per inflexionem, potatorem esse Astrologum; sed qui observat influentias poculorum, non polorum. Item siper additionem enuncies, cor non esse debere ingratum, velut corvus. Et per detractionem navis velut avis apelletur. Ethicum de fabulo raptu Europa.

Theianrus in hortis Raconisij.

Lætus Agenoreo ludit dum littore Taurus,  
Taurus furtivo qui locat ora Jovi.

Insidet hunc, redimitq; rosis Europa Juvencū,  
Nescia Raptorem se redimire suum.

Quid tibi Raptor opus Taurinos sumere  
vultus?

Litterulā Tauro detrahe, plus rapies. *Sc. auro.*  
*Jocosum Epitaphium ebriosi.*

Hic jacet intra urnā, extra urnā qui sāpē jacebat  
Tunc temulentq; homo, nunc tūlatus homo.

*IV. A divisione, declinazione, & genere vocis. sic ille vere est venustus, qui à Venere non est ustus. Videtur in pedibus esse cor eis, qui deletantur Choreis.*

### SERIUM.

Lis genuit litem, legum lis filia: vivi  
Non sine lite solet, nec sine lege potest.

### JOOSUM.

Miscebant vetulæ nova semper jurgia secum:  
Pax apud has non est fœminei generis.

### ET ILLUD.

Dicit, agit miserum, quò vult Quintilla maritū:  
Gramatici fugite hinc; hæc vir & hic mulier.

### V. Ab

*V. Ab Anagrammate.* ut *Saulus salvus*, esto  
in verbis brevis.

*SERIUM.*

Plus noster cernit vigilatq; *Georgius Argo:*  
Nempè suo totum se dedit ille *Gregs.*

*Serium secundum*

Munera nè numera, miseris quæcunq; dedisti:  
In cælis numerat, munerat illa Deus.

*Jocorum in Chymicum.*

Chymista hic mysta.

Aurum quando focis offert hic mysta Chymista;  
Tunc bo a dilapidat singula pro lapide.

*VI. Ab Ambiguitate vocis*, ut si dicas obæra.  
tum eò minushabere æris, quo plus habet.

*Serium suet. in Neron.*

Quis neget Æneæ magna de stirpe Neronem?  
Sustulit hic Matrem, sustulit ille Patrem.

*Ethicum de Corona Ariadnæ seu boreali.*

Thesaurus in hortis Racon.

Florentem baccis crebrōq; adamante coronam  
Hanc Bacchus sponsæ, sponsa dedit superis.

Fronte puellari nimis ambitiosa supellex,  
Dignior est Divum cingere visa comas.

Sola decet castas pudibunda modestia: sed nunc  
Hæc gemma est gemmis rarer, Inde, tuis.

(*Lusus in voce gemma.*)

*Jocorum ex Mart.*

Litigat, & podagrâ Diodorus, Flacce, laborat;

Sed nūl Patrono porrigit: hæc chiragra est.

*VII. Ab allusione ad Echo vocis. Si Erasmus  
mus erat? ergo erat participium.*

*SERIU M.*

*Gaudia nulla scias, nisi quæ dat Numen amanti,  
Danti cor; hæc est victima grata, rata.*

*FOCO SU M.*

*En quid adulator Cymalus? malus, integer æger,  
Ejus jus non jus, cor quasi stramen, amen.*

*VIII. A Proverbio, ut si dicas, accipere esse  
hominum, dare Dei; modò paucos esse, qui  
Numina velint esse. Item non omnes arbusta ju-  
vant humilesq; myricæ, ait fur de trabe suspen-  
dendus. Sartor rem acutangit.*

*SERIU M.*

*Pro patria sit dulce mori licet, atq; decorum;  
Vivere pro patria dulcius esse puto.*

*Thesaurus in hortis Racens de Libra, signo Cœlesti.  
Ridebat Paphiam Juno, quod florea temper  
Serta gerens, frugum semper inanis erat.*

*At Cypris assumptâ famulæ simulamine librâ,  
Vendidit ignaræ non sua poma Dex.*

*Quot modò consuērunt frugi se fingere servos,  
Qui Domino vendunt, quæ Domino rapiunt?*

*Jocorum ex Mart.*

*Accensâ de nocte soles dormire lucernâ:*

*An vis Marce oleum perdere, non operam?*

*IX. A Fabula. antiquitate, consuetudine,  
historia, &c. Ut si alludas ad tres Gratias; quod  
beneficium dari, accipi ac reddi debeat.*

*Seruum*

*Serium ex Mart.*

**Dædale** Lucano cùm sic lacereris ab urso;

Quàm cuperes pennas tunc habuisse tuas.

Item *Saturnus* singitur Infantes devorare,  
qua pro tempore accipitur

Thesaurus in Raconisij hortis.

**Annotum** durus Pater, annorumq; necator,

Quæcunq; ediderit tempora, tempus edit.

Magnarum largitor opum, largitor honorum,

Omnia, quæ donat, devorat iste senex.

**Heu quid opes!** quid Regna! tuū nihil est nisi virtus

Hic vorat illa senex, hunc vorat ista senem,

*Jocosum de Vespillo in seputchrum lapsō.*

Qui toties alijs foveam vespillo paravit;

Ipsam jam vivens incidit in fovcam.

**X** Ab Allusione ad sententiam: ut si dicas  
furem incarceratum esse beatum viçum; cùm  
procul sit à negotijs.

*Ethicum de astro Herculis Thes. in Racon.hort.*

Hic habet Alcides, quam nesciit ante quietem;

Quæq; hueris tulerat, nunc premit astra pede.

Nempè quod infestum Junonis Numen haberet,

Supra Junonis nam tulit astra Pater.

Principis egregia est virtutem attollere virtus;

Surgat ut invitus celsior invidiâ.

*JOCOSUM.*

Non sua querit amor: laqueis cur plectitur ergo

Fur, quando querit non ea, quæ sua sunt?

**XI.** A comparatis diversorum per sententiā.

Ut si dicas Tyannum esse apem, sed  
sibi

sibi non alijs mellificantem , in damna proximorum.

*Ethicum de Persei astro boreali.*

Theſ. in Racon. hort.

Protinus horrendæ prætendens ora Medusæ ,

Frigida ſpectantūm Perſeus ora facit.

Squammifera hoc monſtro lapidesceſe monſtra  
coēgit,

Nexuit hæc vivos mortua forma Duces.

Rex fuit hic ſapiens : armis jura omnia cedunt ;  
Omnibus at ſapiens imperat Armigeris.

*Jocosum ex Oven.*

Mors niſi maectaret Juvenes, Laniōq; Juvencos ;  
Plurima ſtultorum, plena boumq; forent.

XII. *Ab alluſione ad comparata earundem re-  
rum , vel oppoſitarum.*

*Ethicum de Urſa maiore ſeu Calliſto.*

Theſ. in Racon. hort.

Me caſtam caſtae ſacrâram ſponte Dianæ ;  
Sed mea furtivus vota ſefellit amor.

Sensit teſte utero miſerandum Cynthia crimen ;  
Sensit, & ex Nympha protinus urſa fui.

Discite , vel nulli quicquam ſpondere petenti ,  
Vel quam iſpondetis non violare fidem.

*ITEM.*

Nil habet , ut vivat, ſi vocem exceperis , Echo :  
Ut vivat ſpeculum non niſi voce caret.

*JOCOSUM.*

Ebrius eſt Corydon, ſed nec minùs ebria cojux :  
Quām male conueniunt, tā bene conueniunt.

*Item*

*Item ex Mart.*

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa,

Pars vulsa est : unum quis putet esse caput ?

*XIII. Ab allusione ad sententiam cum comparatione diversorum.*

*Serium ex Mart.*

Rebus in adversis facile est contemnere vitam :

Fortiter ille facit , qui miser esse potest.

*Jocosum insussum Judam.*

Crux levis est fortis : Judas contraria sentit :

Quo magis hic levis est, hoc magis illa gravis.

*XIV. Ab allusione ad sententiam inexpectatæ ac contrariæ illationis.* Ut si dicas cum Mart. Extra fortunam esse, quidquid donatur amicis ; cùm solæ possideantur opes , quæ illis dantur.

*Ethicum de Arione à Delphino servato.*

*Thes. in Racon. hort.*

Jonium dives pelagum dum sulcat Arion,

Arma miser comitum perfidiosa timet.

Confugit ad Citharā : citharæ modulamine captus , Per medias Delphin de nece servat aquas.

Divitiæ damno , virtus fuit una saluti,

Qua sine sunt inopes , quas colit orbis opes.

*Jocosum ex Mart.*

Quod semper clamet , quod agentibus obstrepatur auctor ;

Non facit hoc gratis ; accipit ut sileat.

*XV. A Simili* , ut si dicas hominem esse folium , quod non perennat in arbore.

*De imagine vere a Deipara ex Sarbiev.*  
Exprimit, & Divam non præbet cera Mariam:  
Et docet, & verâ fallit imago notâ.

Materiâ peccat, non peccat imago figurâ:  
Cerea materies, mellea Virgo fuit.

*Ethicum de Astro Cassiopee. Thel. in Racon hort.*  
Hic sedet illustris luxu, radiata pyropis,  
Nigror at nigro Cassiopeâ viro.

Prava Virago quidem, potiusq; inferna virago;  
Sed quia dives erat, vatibus alma fuit.

Turpibus insignes turpe est conscendere sedes:  
Fœdius ascendit simia, quam jaceat.

*Jocosum in Poëtam mordacem.*

Quò magè salsa caro est, fœret minùs: at tua tātō  
Plus fœtent, quò sunt carmina salsa imagis.

*XVI. A privatibus, ut dies & nox, cœcus &*  
videns, mortuus & vivus, &c.

*DE J E S U L O. ex Sarbiev.*

Quid nocti lumen, soli quid quærimus umbram?  
Nocte dies nobis Jesulus, umbra die est.

*S E R I U M.*

Ad mortem sic vita fluit velut ad mare flumen:  
Vivere nam res est dulcis, amara mori.

*XVIII. A contrarijs, quorum alterum ab*  
altero expellitur, ut bonus & malus, niger &  
albus.

*Ethicum de fabuloso Cygno, astro calesti.*

*Thes. in Racon. hort.*

Se Cygnum simulans Aquilâ insectante fugacē  
Ledam persequitur jupiter, atquè rapit.

*Quid*

**Quid satis est cautum! quem nō præsentia fallet?**  
**Si niger in niveo corvus olore latet?**

*JOCOSU M.*

**In bruma quidam puerum yetulum esse putabat;**  
**Cūm fuerint puero tempora tunc nivea.**

**XVIII. A contradictorijs, cūm negatur idem,**  
**ātq; affirmatur. Sic si de magnatibus Galliæ, qui**  
**pares appellantur dixeris, multos esse pares, sed**  
**nullum Regi parem**

*Ethicum de Sagittario vel Chirone biformi & a.  
 lato signo Zodiaci. Thes. in Racon. hort.*

**Cur humeris alæ? quod mente ad sidera surgit.**  
**Missile cur telum? mentis acumen habet.**

**Cur equus est partim? frænis obtemperat æqui.**

**Cur & Homo? humanum docta Minerva facit.**  
**Talem igitur magni Reges meruere Magistrum,**  
**Qui fera non est, hic sit licet ipse fera.**

*Jocosum ex Mart.*

**Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem:**  
**Non possum tecum vivere, nec sine te.**

**XIX. Ab impossibili, ut si dicas hominem pri.  
 us volaturum, quām amorem erga proximum  
 ē corde tuo abiturum.**

*AD J E S U L U M.*

**Ante leves celsò pascantur in æthere cervi:**  
**Quām Jesu è nostro pectori cesset amor?**

*Ethicum de sole seu Apolline lyram tangente.*

*Thes. in Racon. hort.*

**Una chelys cælum est, septenāq; filia Planetæ,**  
**Lux plectrum, numeri tempora, vita, melos,**

*Hanc*

Hanc Sol concordi citharam modulamine solus  
 Tangit, & Astrorum ducit in orbe choros.  
 Una nequit gemino tangi lyra cœlica sole ;  
 Unica nec Reges perferet Aula duos.

*JOCOSUM.*

Quem nimis ad largum duxisti sæpius haustum,  
 Tandem acquisivit jam tua bursa phthysin.

*XX. A repugnantibus*, quæ nec certa lege,  
 nec numero inter se dissident. Ut si dicas hominem non posse esse arborem. Sunt autem hæc

*Repugnantia & aliena*, ut si dicas æstate ningerere; & diversa, ut si dicas morbum alium esse animi, alium corporis.

*SERIVM.*

Cor nisi cura est; caro nîl nisi triste cadaver;  
 Nasci ægrotare est, vivere sæpe mori.

*Ethicum de Morte. Thes. in Racon. hort.*

Hic licet infestis nunquam penetrabilis armis  
 Mars, tutus propriâ conditione sedet :

At caput Ætnæ munit, pectusq; metallo,  
 Ceu mortem impavidus terreat ac paveat.

*Consilium cauto Princeps à Principe carpe:*  
 Tuta licet tibi sint omnia, cuncta time.

*Jocosum ex Mart.*

Hoc mihi suspectum est, quod oles bene posthume semper :

Non bene semper olet, qui bene semper olet.

*XXI. A diversis. ut abies & quercus, & si dicas de timido esse arundinem, & non quercum. Sic Cræsus semper erat sollicitus; quia erat dives, & Irus, quia fuit pauper.*

*Ethi-*

*Ethicum de scorpione, signo Zodiaci.*

Theſ. in Racon. hort.

**D**iffusus Getico Titanas figere cælo,

Hanc stygio mavors imbuit igne nepam.

**S**ic Genus indomitum quondam ferrōq; manūq;

Dissipate exiguae flammæ cauda feræ.

**S**cilicet in superos dum perfida ſecta rebellat,

Parcendum gladio, bella gerenda face.

*Jocosum ex Mart.*

**N**uper erat Medicus, nunc est Vespillo Diauluss;

Quod Vespillo facit, fecerat & Medicus.

**XXII.** *Ab alienis.*, quando alicui tribuitur,  
quod est illi alienū, ut si dicas hyemem procreāſſe rosas. Alienatio ſumitur à tempore, modo,  
re, persona, natura, legibus, ordine, à moribus,  
à significatione: &c.

*De Christo Domino nato.*

**N**ato caula fuit, pastoribus illa patebat:

Sed tamen & patuit Regibus, aula fuit.

*De S. Catharina V.M.*

**D**um vidiſt pugnas in Virgine terra viriles;

Lac niſi vidijſet, crederet esse virum.

*Ethicum de Ursa minori, scilicet astro caeleſti.*

Theſ. in Racon hort.

**H**irſutos effœta ſinus ſcabramq; papillam

Fingitur in ſylvis Ursa dediſſe Jovi.

**H**inc tenuiſſe ferunt primam inter ſidera ſedem,

Navibus irato ſuſpicienda mari.

**D**um utiliſeſt, ſit inops, ſit agreſti agreſtior Uroſo,

*Quem Regum attollit gratia , fidus erit.*

*Jocosum de moribus ex Mart.*

*Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit  
unquam :*

*A cœna semper rettulit Hermogenes.*

*Item ab alieno à tempore ex Mart.*

*Hesterno facere mero qui credit Acerram,*

*Fallitur : in lucem semper Acerra babit.*

*XXIII. A lusu in litera, ut si dicas tria D. esse  
spernenda, nempe Dæmonem, Divitias, & De-  
licias.*

*Ethicum de Delta vel Triangulo cœlesti.*

*Thef. in Racon. hort.*

*Æthereum triplici radiatur sidere Delta.*

*Insula Niliacæ quod fuit alma plagæ.*

*Omnibus hoc Delta felices infuit auras,*

*Omnis ab hoc triplici lampade, vita calet.*

*Astra suum Delta, sed habent quoq; Tartara dirū,*

*Delta: Divitias. Dæmona, Delicias.*

*XXIV. A consequentibus, sic noctem sequi-  
tur dies.*

*Ethicum de Equo maiore seu Pegaso, astro cœlesti.*

*Thef. in Racon. hort.*

*Poëta fingunt cum eo præcipitatum fuisse Belle-  
rophontem.*

*Argolicâ tumidus palmâ, domitâq; Chimærâ,*

*Summa per Isthmiacus sidera stabat Eques.*

*Jupiter in præcep̄ Equitem deturbat , & Astris*

*Sacrilegi testem criminis addit equum.*

*Sic avidos sua sæpè Duces victoria perdit :*

*Qui*

Qui cùm vicerunt plurima , plura petunt.

*XXV. Ab antecedentibus , quibus positis se-  
quitur aliud, ut dies ortum solis.*

*Ethicum de Luna. Thes in Racon. hort.*

Candida fraternæ sectatrix Cynthia lucis,

Non eadem atq; eadem nunc fugit, atq; redit.  
Hæc procul à Phæbo, plenō micat integra vultu.

At propriō Phæbo lumina parva gerit.

Virginibüs speculū: splendēt, si splendida vité:  
Si dant se in lucem, deficit integritas.

*XXVI. Ad disparatis , ut si dicas bonos non  
peccare virtutis amore , sed malos formidinē  
pœnæ.*

*Ethicum in Jovem Planétam.*

*Thes. in Racon. hort.*

Munerā cùm toto diffuderit omnia Mundi

Rex superūm, manibus fulmina sola tener.

Et licet Archetypā tot pinxerit arte volucres,

Fulmen habens Aquilam diligit ulti avem.

Non pauci officijs , plures terrore móventur.

Fac ut amet populus , fac tamen ut timeat.

*XXVII. Ab enumeratione , ut si dicas malum  
omnibus mundi partibus obesse, scilicet Europæ.  
Asia , &c.*

*Ethicum de Mercurio Planeta.*

*Thes. in Racon. hort.*

Quadruplici excellit , quē cernis dōte minister,

Velox, facundus, callidus, atq; rapax.

Huius ab ingenio quidam fluxere per orbem.

Quos & Mercurios Aula diserta vocat.

151. *Pars 3. Ind. 3. Juventus Poëtica.*

Tres possunt solidum dotes formare ministrum;  
Si tres adfuerint , quartāq; non fuerit.

*XXVIII. A Relativis, quæ ad se mutuò refe-  
runtur, ut Dominus & servus , Pater & filius.  
Ethicum de signo Arietis. Thes. in Racon. hort.  
Impia clamoræ fugientem Regna Novercæ,*

Auratum Phryxum per freta vexit ovis .

Pòst ubi consedit seculo in littore Phryxus,  
Velleris ut pretium vellat , ovem jugulat.

*Quâ potes arte stude cupido servire Tyranno.  
Talia servitij præmia, crede, feres.*

*XXIX Lusus ad naturam animalis , ut si di-  
cas Adulatorem habere duo corda , unum pro  
mundo, alterum pro quocunq;, imo nullum.*

*Ethicum de Geminis in Zodiaco.*

Thes. in Racon. hort.

*Hi sunt Tyndarides, fidissima pectora Fratres ,*

*Qui duo corporibus , corde sed unus erant.*

*Unanimi Regnum studio gesse paternum,*

*Turbavitq; piam nulla querela domum.*

*Sic olim gemino cor unum pectora Fratres ,*

*Nunc uno gemina in pectora corda gerunt.*

*XXX. Acausis , ex quibus aliquid fit. Ut si  
dicast collendum esse vitium, per quod vitiantur  
Regna. Quod quidem per Epiphonema enunci-  
ando , acceptum magis reddit epigramma.*

*Ethicum de Leone in Zodiaco.*

Thes. in Racon. hort.

*Africa sidereo squallebat hiulca vapore,*

*Non imber miseræ, non dabat amnis aquas.*

HOR-

**H**orribilem Phœbi monitu maestare Leonem  
Consulitur , populi qui Leo terror erat.  
**C**onsilium sapiens : lætum vis copia Regnum  
Atq; quies recreet ? talia monstra quate.

*XXXI. Ab effectuum diversitate ex eadem*  
causa promanantum. Ut si dicas , Divitiæ bonis liberalitate cælum aperiunt , malis avaritiâ claudunt.

*Ethicum in Pisces Zodiaci , à Venere gubernatos.*  
Thes. in Racon. hort.

Ut Venerem veherent , Triton auriga subegit ,  
Hæc duo cæruleo lubrica monstra jugo.  
Ipsaq; vectores exacto Cypria cursu  
Grata per æthereas ludere jussit aquas.

Præmia ſara, duos tantum Venus illa ministros  
Dat cælo , reliquos Tartara in ima trahit.

*XXXII. A contrarietate prædicatorum ejusdem subjecti.* Ut si dicas custodem Legum esse  
& justum & iniquum ; dum ſervat legē , & infringit.

*Ethicum de Dracone , astro boreali.*

Thes. in Racon. hort.

Circuit Hesperidū flavos Draco pervigil hortos  
Ne cupidæ rapiant aurea poma manus.

Pascitur ipfe tamen ſervatis frugibus horci ,  
Quāſq; alijs prohibet mandere , mandit opes.  
Quām ſimiles vigilant angues ! quām ſæpè ſeverg  
Raptorum plectens crimina , Raptor e- it.

*XXXIII. A Diminutione vocis,* uti etia n ſupra num. 3. Ut si dicas plūs verba , quām verbera posſe.

*Ethicum de Serpentario seu Phorba Rege, astro boreali* Thes. in Racon. hort.

Thessalus hic dulci docuit modulâine princeps

Ad sua vipereos currere jussa græges,

Vidisse humili cristâ, positôq; veneno

Sibila Regales lambere monstra pedes,

Melija verba domant Angyes, paritérq; feroce

Blanda viros, plusquam verbera verba dōant,

*XXXIV. A negatione & affirmatione ejusdem verbi.* Ut si dicas non indiget dives pauper, sed pauper divite.

*Ethicum de Equo minore, Cyllaro, à Polluce in seſſo, scil. astro boreali..* Thes. in Racon. hort.

Fretornouſ junxit Pollucem Stelliper Astro,

Te quoq; fidereis, Cyllare, junxit equis,

Atq; ibi tot fessim stadijs, belliq; cruentum  
Pulyere, cum Domino te quoq; neſtar alit,

Turpe est emeriti ſenium non pafcere ſervi:

Non eget hoc Dōinus, verū eget hic Domino;

*XXXV. Ab interrogatōne & inexpectato reſponſo.* Quando est optimum natare? cūm  
deest aqua major; quia nullum periculum.

*Ethicum de Astro boreali Andromeda.*

Thes. in Racon. hort.

Hæc invisa nigro Genitori candida proles

Irreparanda feræ præda natantis erat.

Perſeus hanc alto delapsus ab æthere solvit,

Atq; ſibi vinclo nobiliore ligat.

Scia miferis quando ſint allatura ſalutem

Numina? ſpes quando nulla ſalutis erit.

## INDVCTIO IV.

## Musa Elegias, &amp; Lyrica carmina exponit.

Musa. Etiamnum Elegias cantabis, & Lyras  
panges, Poëta? Sed quid ordine præpostero progre-  
dimur, & munia primum exponemus, cùm jā suprà  
Iuserimus? Parcendum Amori, quem infantiles  
Christi cunæ, & innocia Pueritiae blandimenta ab-  
ripuerunt. Poëta. Pande, quidquid festivitatis jub  
Iugubri Elegia latet; & in ejus sacrarium amicâ  
manu introduc, cujus jam superius placidissimum  
limen libavit. Musa. Sed non diu hic immeran-  
dum, cùm ad alia properemus. Tu Juventus cu-  
pidâ aure accipe Elegiam, & Lyra diversitatem  
addisce.

I. *Elegia* est poëma, hexametro & pentame-  
tro constans, cùm tristes, tum festivas res e-  
narrans. Si verò nominis etymon spectes, la-  
mentatio est; si usum velis, etiam Epistolis, Lau-  
dibus, Gratulationibus, & Descriptionibus appli-  
catur, & placidissimo incedens cultu in diversas  
festivitates expatiatur.

Partes ejus quator sunt, *Propositio*, *Invoca-  
tio*, *Narratio*, & *Conclusio*, de quibus supra  
Part. I. Ind. 5. Ex abrupto etiam initium dicit.  
*Narratio* descriptionibus, figuris savoribus, &  
affectionibus exornanda est; qui motus in materia,  
præsertim luctuosa, si absint; *carmen* ineptum  
jacet, & ingratum est. K4 Stylos

Stylus illi tenuis est, ivavis, affabilis, nitidus, fluidus, lenis, perspicuus, facilis, affectibus crebrior, quam sententijs, non gravis, multò minus inflatus. Abundant in hoc genere argutiæ, exclamations, apostrophæ, blandæ allusiones & breves excusiones; amoeniores verò gratiæ dulcores atq; festivæ descriptiones huc misericè delectant.

*II Lyrica Poësis* nomen à Lyris deduxit; quod clim harmonica fuerit, & nunc hymni ejus ad modulamina musicalia concinantur. Lyrici Poëtæ dicti Melici & Logœdi quondam canebant odas, quas Citharœdi citharis, & Aulœdi tibijs ludebant.

Postò adjunctus fuetat huic Poësi triplex saltus, & quidem primus à dextra in sinistram factâ conversione, undē strophe seu versio; alter viâ oppositâ à sinistra ad dextram factâ reversione, undē antristrophe; tertius subsistendo absolvebatur per Eponon.

*Epos autem* est carmen lyricum, comprehensivus Divinas ac humanas heroicas laudes & res; in quo singulis versibus singulæ clausulæ accinebantur, idq; ferè alio ac plerūmq; breviori genere carminis.

Poësis Lyrica delectatur svavioribus translationibus ac tropis, volatq; & præter verborum luxum, sententiarum quoq; lumine illustratur. Stylum exigit floridum volantemq; epitheta selecta, paraphrases, locò epithetorum, novata suóq;

suóq; cultu & floreadornata verba, hellenismos  
& blandiores figuræ; gaudētq; suo sale ac ar-  
gutij.

Species ipsius ex diversitate Reversionum  
varietatem suam consequuntur. Unde quæ Oda  
constat tribus carminum generibus, facta post  
quartum Reversione, Tricolos Tetrastrrophos  
appellabitur. Et sic de alijs.

Genera Odarum apud Horatium, Catullum  
& Boëtium repertæ sequenti Alphabeto expo-  
nimus. Adonium —uu|—u

Alcaicus daëtylicus hendeca syllabicus

—u|—u|—|—uu|—u|—u  
Alcaicus daëtylicus acatalecticus

—uu|—uu|—u|—u

Alcaicus trochaicus

—u|—|—uu|—|—uu|—u|—u

Alcaicus Scazon —|u|—|uu|—u

Alcmanius trimeter hypercatalecticus

—uu|—uu|—uu|—u

Alcmanius triochaicus

—uu|—uu|—uu|—uu

Alcmanius daëtylicus —uu|—uu|—uu  
—uu

Alcmanius Scazon —uu|—uu|—uu


|uu

Alcmanius daëtylicus hypercatalecticus


—uu|—uu|—|—uu|—u

Alcma-


157 *Pars 3. Ind. 4. Juventus Poëtica*  
Alcmanius anapæsticus




Alcmanius trochæticus hypercat:




Anacreonticus Choriambicus




Anacreonticus jambicus




Anapæsticum




Anapæsticus catalepticus




Anapesticus Pindaricus




Angelicus




Æolicus seu Pentameter daëtylicus



Archilochius dimeter



Archilochius tetrameter acatalecticus



Archi.

Archilochius jambicus dimeter hypercat:

—u—u—u—u—u

Archilochius jambico dimetro mixtus

—uu | —uu | —u—u—uu

Archilochius dactylicus

—uu | —uu | —uu | —uu | —u | —u

Aristophanicum —uu | —u | —u

Asclepiadeum seu Choriambicum

—— | —uu | —— | —uu | —uu

Dithyrambus —u | —u | —u | —u

constat trochaico quadrato, de quo retrò,

Dactylicus alcaicus acatalecticus

—uu | —uu | —u | —u

Dactylicus trochaicus

—uu | —uu | —uu | —uu

Galliambicum

—uu—u—u—uu | —uu | —uu—

Gliconicum —— | —uu | —uu

Heptameter —uu | —uu | —uu | —uu | —uu


—uu | —uu | —uu

Hexameter


—uu | —uu | —uu | —uu | —uu | —u

Jambelicus —— | —u—— | —uu | —uu | —u


159      *Pars 3. Ind. 4. Inventus Poëtica*  
Jambicus octonarius




Jambicus dimeter Archilochio mixtus





Jambicus Archilochius dimeter hypercatalecticus














Jambicus senarius



Jambicus dimeter



Jonicus

**Jonicus major****Jonicus minor****Ithiphalicus****Monocretus****Phaleucium****Pherecratium****Pindaricus****Priapeus****Procleusmaticus****Scazoniticum****Saphicum**

, Saph-

Saphicus Adonicus - u | - | u | - u u | - u  
Senarium jambicum purum  
u - | u - | u - | u - | u - | u u

## Mixtum senarium Jambicum senecianum

Hoc carmen maximè requirit cæsus,  
præsertim tertio & quartò loco.

## Socadicus

## **Spondaicum**

二四 | 二四 | 二四 | 二四 | — | .四

## Stesichorus heptameter

二二二|二二二|二二二|二二二|..|. 5

## Trochaicus octonarius

、ט | ט | ט | ט | ט | ט

Terentianus versus longe licentiosissimus est:

Tandem longiora ac prolixiora carmina in  
versus duos dirimi possunt, prout sic cum  
Trochaico octonario in Dithyrambis.

*INDUCTION V.*

Delapsus ad Lyram Poëta, Divos Juvenes Innocentiae laude celebres, floribus adornat; Elegijs decantat; Emblemata ipsis affigit; atq; demum in Venatorem evadens, robustam Venationum lætitiam describit.

Poëta. *Et quò me benignior impetus abripuit?*  
*Ad modestos piosq; lusus, Lyras & cantus deveni.*  
*Da mecum plausum sanctæ Juventuti Castalia cohors.* Serenissimam frontem, & absterto omni supercilie hic cantabo; ubi ipsa Innocentia integritas, & serenatissima mentes nubem omnem dispongunt. *Adeste mecum Juvenes, quibus candida virtus cordi est, & floride Divorum arrident dotes.* Ego nunc ad Lyras, nunc ad cantus meam Musam evocatam produco.

*HORTULUS*

Sacræ Juventutis, Divis Floribus,  
adornatus.

*VIOLA MEMPHITICA*

*D. Joseph Patriarcha*

*Juvenis, relicto pallio fugit, nè castitas violaretur.*

*S*Apphiro specie gratior æmulâ  
Joseph surge, nitens flos violas super  
Non telis violate  
sævi, Dive; Cupidinis.

Tu Tu

Tu Tu Putypharæ spicula Memphiæ  
 Fregisti; Veneris fulmina subdolæ  
 Flamarum fugitivus

Pressisti vaga pallio.

Jam friget medijs Cypris in ignibus,  
 Turpis flamma perit Gorgoneæ facis:

Jam victor pudor orbem

Impler plenus adoreis.

Sic es flore Tuæ pulcher amabili  
 Mentis, quæ facibus marcida Cyprijs  
 Non est; perdere nescit

Florem. syavis odoribus

Sic cordis violis blandior omnibus  
 Josephus Charites vincit amœnior

Flos cæliq; colorem

Excedens hyacinthinum.

Et dum Te Violam quærimus auream,  
 Virtutum rutilas aureus ignibus;

Quæis carbunculus ardet,

Obriziq; niter decus.

Hanc ergo Violam sidera dicite  
 Formosam: superat flava topazium,

Gemmam cærula Turcam. Huic

Flores cedite Chloridis.

### *ROSA CASSINENSIS*

*S. Benedictus Juvenis,*

*pro castitatis amore hyeme inter vepres volvatur*

**H**ospites neandum fugiunt Geioni  
 Asperæ canos hyemis sodales;

Sidus Arcturi rutilum per agros

Frigora densat.

Et tamen Chloris roseis amicta

Objicit collum Zephyro corollis;

Antequam yer sit, glaciale rideret

Floribus arylum.

Non adhuc glebas niyibus rigentes

Ruga sulcavit, neq; sensit ictum

Vomeris tellus: redimita serris

Flora superbit.

Qualis hic flos, vel Dea flore cincta,

Terra vel quænam meliore dives

Dote? nodosæ metra solye rursus

Oedipe Sphingis,

En feras inter yagus osse spinas

Acre titillat Venerem sagittis

Veprium, toto Benedictus ore

Spicula figit.

Ipse perfusus rubet imbris ostro,

Purpuram verni referens rosetis;

Sanctius spinâ meruit Rosarum

Vindice nomen.

Hujus è serris caput Orthodoxa

Sanctior cingit pietate Chloris;

Illa quo Divis opulenta, tot fert

Alma corollas.

Hic super Pæsti Juvenis colores

Muricem fundit; nova per ferocis

Terga dumeti Rosa gratiosum

Spargit odorem.

L

Et Rose

Et Rosæ blandus bicolore vultus  
 Tingitur pulchro ; varius nitore  
**Albicat**, tum mox Tyrio refulget  
 Murice pictus.

**Alba** nimirūm Rosa virginali  
 Mentis est cultu, Lybicōq; pectus  
**Dente** candescit magis & ligustris,  
 Marmore, lacte.

**Ipsa** dilutas etiam crux  
 Fert genas ostro, satiata conchis,  
 Purpuram largi vaga per vepretum  
 Evomit imbris.

**Pinniger** lambit chorus hanc Favonī;  
**Hic** Deus ventis ubi gratiarum  
 Flante seclusos animi recessus  
 Pneumate mulcit.

**O**rosis Pæsti, Charitūmq; sertis  
 Blandior ! crines quibus aut Camœna,  
 Victor aut Pæni galeas suorum  
 Scipio cinxit,

Non pari scutum rubuit superbū,  
 Quod rosā comptum Priamis Achilles  
 Intulit Regnis, galeas vel atrox  
 Vestijt Hector.

Mentis augustos etiam Penates  
 Colligant flores, ubi tot Rosarum  
 Serra, quo dotes animosa spiras  
 Pectore virtus.

Lilij candor nitet, hic ligustra  
 Miles miratur finē fine Phœbus:

Mens habet calthas , violas ; rubent vac-  
cinia cordis.

Sed super flores redolens Hymetti  
Trinacres vincit Benedictus Hyblas ;  
Et super Floram redimitus omni  
Fulget honore.

Hanc Rosam Virgo niveo Maria  
Laete distinxit , sibi puritate  
Jussit & sacram , sociata cui nunc  
Plaudit in astris.

Dives haec semper pia fert odores ;  
Haec & in bruma viret æviternum,  
Qui rosas ergo cupit anteponat  
Millibus istam.

### LILIUM INDICUM

*Divus Iuvenis Iosaphat  
immissam impudicam fugat puellam.*

T Arpeja quondam limina Cæsarum  
Luxu tegebat floris amœnitas  
Intus rosarum sorte , brumâ  
Frigoris exterius rigente.

Vestivit ostro saepius atria ,  
Quo gaudet hortus , Roma superbior ;  
Cum purpuratur Ver serenum  
Puniceo cytini rubore.

Nec pompa brumæ defuit hospiti ;  
Dum pinxit albis ostia Lilijs ,  
Totosq; cinxit flore postes  
Prodiga Romulidum voluptas.

Plus nostra Divis Floribus emicat  
Magisq; tellus: quando nitentibus  
Venusta mentis liliets

Progenerat meritura cælum.  
Tot serta, virtus quæ cupidâ manu  
Nequit. Paternæ gloria Josaphat  
Domus, nitenti floris instar

Pectore lilia bella vincit.  
Gypso quiescit luminibus fames  
Ipsius; Indis candidius nihil

Effulsit unquam; quo nitore  
Plus radiant animi recessus.

Oblanda nostri gratia Lili!

Fulgore stellas vincit & æthera;  
Mens suda nullis jaeta cauris

Et Zephyris agitata candet.  
Lac mentis atro non notat illius

Carbone quidquam; tincta sed integro  
Candoris auger corda flore,

Æmula quæ nivibus lacebit.  
In hujus Divi floris adorem

Adjunge Cultor serra frequentior:  
Cujus nitori plaudis, illum

Indicio venerere tali.

*Programma.*

Divus Thomas de Aquino Ecclesiæ Doctor.

*Anagramma purum. a. e. ex æ.*

Doce, quid hoc? acsi Rosa Tui oles ante Deū.  
Qedipe, difficilis rursus paradigmata Sphingis  
Solve; videt nobis hic paradoxa dari.

Aut

Aut magè Dive doce Thoma penetralia : quid sit  
Hoc , quòd transmutes floris in ora genas ?  
Acsiverna Tui Rosa gratos fundit odores ;  
Ante Deum quando cēu Rosa svavis oles .  
Cūm Juvenis tales spargas virtutis odores ;  
Fragrabis senior quantus odore bonis .

*Programma.*

Divus Thomas de Aquino Doctor Ecclesiæ .

*Anagramma purum.*

Hem doce : quasi violæ odor adest cunctis .  
Hem me Musa doce : nun totus vertitur annus ,  
Frigida in æstates ergone transit hyems ?  
Nam quasi adest violæ cunctis odor æmulus hortis .  
Sic est . Virtutes semper ubiq; virent .

*D. Thomas de Aquino Juvenis Salaci-  
am titione fugat.*

Castus ut intravit Thomas ergastula Fratrum ,  
In Juvenem stygias fert Venus atra faces .  
Ast ubi fallacem subrepere Thaida sensit ,  
Virgineosq; suos sollicitare sinus :  
Ambustas rapit ille fudes , & Cypridis ignes  
Ignibus armata depulit inde manu .

Quis credat Veneris Vulcanum conjugis hostem ?  
Illiusrædas supprimit igne Cyclops .

*S. Bernardus Juvenis clamore defendit castitatem .*  
Impia non haustas accenderat hospita rædas ,  
Bernardi cupiens igne cremare sinus .

Hic fugat , illa redit , damnosq; ferocior instat ,  
Sola , faces soli , posse nocere putans .

Quid faceret Juvenis ? clamat , Latrone penates

369 *Pars 3. Inductio 5. Juventus Poëtica*

Horrent. Latronem sic fugat ille animi.  
Sic inclamaret Paphiam si sœpè Juventus,  
Non raperet toties Cypria mentis opes.

*S. Joannes Calybita Juvenis, propter con-*  
*servandum castitatis florem, è Patria profugus,*  
*in Domum deinde redux Paternam, delitescit.*

**E**xul quando Patris Calybita palatia fugit,  
Hæsit mente tamen sœpè relicta Domus.  
**H**ic Pater, hic Mater, vernarum longus & illic  
Ordo, sub aspectus hic subière sales.

**C**ur, ait, ergo Patris profugus circumgero tectū?  
Exilium in Patria querere forte juvat.  
**S**ic ait, atq; domi latuit non cognitus hospes.  
Hoç est exilium repperiisse domi.

*S. Alexius Juvenis à sponsa fugit.*

**S**anctus Alexius *Anagramma.* En lux casta suis.  
**N**octe Maritales cùm tædas fugit Alexis,  
Jam vagus obscuros quæsijt Orbe lares,  
**E**n lux casta suis sed enim fulgoribus orbi  
Prodijt è Patrio clarior alma specu.  
**P**atriitas jam clara faces extingve Propago;  
Nam plus à tenebris lucis Alexis habes.

*S. Edmundus Juvenis ingeniose tuetur*  
*Castitatem.*

**S**æpius Edmundi dum gratis Cypria pectus  
Oppugnat, semper fert nisi damna Venus,  
Idaliam festina jubet properare ministram,

Qua

Quæ Paphiâ posset vincere fraude sinum.  
Virtutis scuto Juvenis quia pectora texit,  
Tela Iuis purum non subiere latus.  
Térq; quatérq; salax Juvenem tentare puella  
Ausa, repulsa tamen terq; quaterq; fuit.  
Sed toties contempta redit; nova prælia clamat,  
Blanditias multis jungit ubiq; minis.  
Pugnaret jaculis Edmundus, mille macheras  
Spargeret in Veneris térq; quatérq; caput.  
Mergeret æquoreas fugitivum corpus in undas?  
In flamas præceps pergeret inq; rogos?  
Sed quia nulla fugæ patuerunt ostia Divo,  
Intentat pravos ludere fraude dolos.  
Impuros simulat quasi consensurus in æstus;  
Mox ferulâ Paphiæ vindice terga quatit.  
Sic fugat inferni fraudes ultore flagello,  
Integritas animi sicq; trophæa refert  
Nunc alij per aquas fugiant, per tela ,per ignes:  
Edmundi flagro Cypria victa fuit.

*Narratio facti Nicetæ Iuvenis Aegyptij, Praescissâ lingvâ Castitatem propugnans.*  
Oris honestatem Nicetæ Memphis vidit  
Fortè Venus, Charites quas & in ore tulit.  
Castas virgo genas custos verecundia compsit,  
Integer in nitido mentis amore pudor.  
Ergo ait : hic vindex ultrices instrue tædas,  
Ure Cupido sinus, ure Cupido latus.  
Non mihi Virginitas vicitribus inclyta palmis  
Posthæc assurget per mea damna potens.

¶ 71 *Paris 3; Inductio 5. Juventus Poetica*  
Sic ait; Idaliam jubet ac festina ministram  
Purum Nicetæ sollicitare sinum.  
*Ista suis instructa dolis, imbuta veneno*  
Blanditias oris subdola melle linit.  
*Nunc tentare latus, nunc ausaq; tangere malas;*  
Mox tereti fucos vendidit ore suos.  
*Hic ruit in vultus, hic figere basia tentat,*  
Hic mulcere audet dextra repulsa genas.  
*Sæpius illa manus injecit, sæpius ille*  
Reppulit injectas dente manuq; manus.  
*Irruit illa ferox, jam molles nescia dextræ*  
Fingere, blanda Venus jam violenta furit.  
*Injicit in stratum Juvenem furiosa cubile;*  
Et bombyce manus colligat atq; pedes.  
*In vinclum subiere pedes, subiere lacerti,*  
Est libertatis spes modò nulla super.  
*Ipse super Paphiam locus invitabat amores,*  
Urgebat Juvenis dira volupta sinuus.  
*Multo lectus erat leviter suffultus olore,*  
Assirij qualem Regia nulla tulit.  
*Hos Sybarita suos thalamos optasse valebat;*  
Mollis & hos melles ipsa Volupta thoros.  
*Arboris hinc ramos extreinis blandior alis*  
Mulcebat Zephyrus, lenior aura fuit.  
*Et frondosa thori culeitras umbra regebat,*  
Exhilarans ufas syaviter inde genas.  
*Huc plantasse suas visa est redimita corollis,*  
Quas habet in Pestis Orbæq; Chloris opes.  
*Narcissi eandor nivis æmulus, æmula Lunæ*  
Lilia, purpureo fulserat ore rosa.

Inde

Inde loquax nitido saltarat rore fluentum,

Urserat inflammans inde Cupido latus.

Quid facies captive pudor, clamare quid arma

Quid juvat? haec Cypris clistica nulla timet.

Ipse quidem corpus tumidis immergeret undis,

Aetneo Juvenis mergeret igne caput.

Saxis, igne, undis, jaculis certaret in hostem,

Si libertati si foret hicce locus. (est:

Sed dedit arma pudor. Telum mihi, dixit, in ore

Dixit, mordaci mox quodq; dente secat.

Præscissas Paphiam lingvas jaculatur in hostem;

Et Venerem viatrix ista sagitta fugat. (ras?

Quis neget ora suas, quis credat habere machæ-

Teluni Nicetæ nobile lingva fuit.

### EMBLEMATA

#### FLORIDÆ INNOCENTIÆ APPENDS A.

1. Genius floribus redimitus, & multa cinctus fronde, in ameno positus horto,  
sparsis de celo fertis compluitur.

Lemma. Deliciæ majales virtutis.

Innocuus multo redimitus flore Puellus

Hic pæstana super prata beatus habet.

Et frons delicia cumulat densissima palmis,

Inde caput species fulcit, & inde latus.

Clarior arridet Phœbus: quasi traetus odore,

Luminè diffundens nobiliore jubar.

Lene flabella comas super haec & Etefia mulcet,

Fons placidas flexus circinat inde rotas.

173 *Pars 3. Inductio 5. Juventus Poëtica*

Irriguâ cælum superaddit grandine flores,  
Quando pluit sertis, divite quando rosa.  
Ecce typum May Virtutis; suspice flores;  
Recti majales deliciâsq; vide.  
Sic florent, Virtus animo quæ germina manda:  
Nunquam flore carent, nec sine vere vigen.

2. *Hortus radijs circumfusus, virtutum insig-  
nijs per areolas adornatus.*

*Lemma.* Nunquam formosior annus.  
Hortus ubi pulchro radiatur lumine circum,  
Quis dubitet sancto fertile flore solum?  
Hic dant virtutis meliores stemmata plantas,  
Fœcundisq; viret classibus iste locus.  
Scilicet hoc nunquam fuerit formosior annus,  
Germiña de cuius semine diva nitent.  
Virtutis florem cordis defige per hortos:  
Flos alium talis nescit amare locum.

3. *Cornucopia Rosarijs librisq; precum refertum,*  
*Lemma. Flores pietatis.*

Dum rapit Alcides Acheloo cornua tauro,  
Qui variâ fortem luserat arte virum.  
Primitijs isthæc frugum mox Naiades implent,  
Et sibi sacratum Copia munus habet.  
Ite procul veterum mentitæ munera laudis,  
Flore precum cornu nobiliore fragrat.  
Scilicet hic bellos Pietatis cernite flores,  
Quos cæli ad plausum copia nostra tulit.  
Impleat his pectus, quemcunq; fragrantia cogit:  
Credite, flos hujus nullus odoris erit.

4. *Rosarium precatorium inter varios flores pendulum,*

*Lemma. Rosa sine spinis.*

**S**anctior hæc vario Rosa stat circumdata flore,

Quæ sine spinarum tegmine tuta viget.

**N**on flaccer, toties quamvis in pollice currat;

Imo frequens vires addit ubiq; manus.

**O**ptas compungi, & nunquam marcescere peccat,

Abs spinis roseus flos hic utrumq; dabit.

5. *Lilium in medio horti supra colliculum, tridiantibus Genijs.*

*Lemma. Innocentissimæ Voluptatis eminentia.*

**P**lurima jucundos hic ornat gratia campos,

Et longo pompas agmine Flora trahit.

**I**n super assurgunt medio juga leniter horto,

Qualia Parnassi non viruere juga.

**C**andida sed pretium dant illis lilia primum,

Quæ fœcunda suâ culmina prole tenent.

**A**lliciunt floris Genios tam svavis odores,

Et largo plenus flore quasillus adest.

**I**tur & in saltum, nec luctus gaudia miscet,

Innocuos dicit casta Volupta cohors.

**E**cce voluptatis sanctæ fastigia cerne:

Tuta sui Virtus gaudia semper habet.

## *DITHYRAMBUS*

*Juventuti innocentis sacer.*

**P**laude, quæ nunc innocentem  
Diligis Juventa vitam,

Te canendo metra fundam.

Musa cantus infer astris

Cinge flore te rosarum,

**T**ange plectra, moliori finge metrapollice,

Nulla par honore virtus

Innocenti mentis auto;

Forma cuius gratiosa

Chloridis vineit corollas,

Æmulos nec ulla dotum

**T**endet ore, voce vultus : est decoris ectypon.

Hinc procul cultus Dianæ,

Cynthium decus genarum,

Hinc procul Junonis ora,

Cypriæ turpis venustas,

Hinc Adonidum cohortes,

Ora fœditate plena taliūmq; Numinum.

Daphnidi & quidquid decorum,

Castoriq; Latmiōq;

Chorda Polluciq; lusit,

Insolens metro Vetustas,

Comparanda non tulere,

**C**omparanda tam venustis non dedere mentib⁹.

Illa Virtus innocentem

Pulchritudinem revelat,

Candido nitet ligustro,

Purpuras in ore gestat.

Nulla dotum concolori,

Nulla virtus pulchrioricandet isto Lilio,

Eleganti fervet æstu,

Quando vota crispat alis,

Mille plummatásq; pennis  
Diva grandinat sagittas;  
Ima rimatur medullæ,

Intimas vota Tonantis mollè venas lancingat,  
Puritate mentis urget  
In triumphos, in trophæa  
Cælitum sinus, pharetris  
Criminum petita nunquam,  
Innocens Regina dotum,

Innocens Princeps decoris, puritatis artifex.  
Hanc ministris irrigate  
Laudibus, sonate chordis,  
Remiges movete pennas,  
O Poëta? quæis Thalia  
Entheos immisit olim,

Hanc per auras, hanc per astra barbitis educite,

### *DESCRIPTIO VENATIONIS*

Innocuae jucunda cano, cano bella Dianæ,  
Classica Mænalias circum quatentia sylvas;  
Quando tubæ vocale chaos nemus insonat òne,  
Vestem cincta levem per agros Dictynæ melâpos  
Inclamat sparsos, velutiq; Phrenetica currit.  
Huc accincta latus nemoris Regina triformis,  
Latonaë soboles, vietricibus inclyta telis,  
Et quos deleat venatio longa ferarum:  
Prælia sylvarum, licitas mihi pandite cædes;  
Retia venator quæis fraudibus aptet Orion,  
Ordine quo currat nemorum robusta voluptas;  
Qui celer à vento Venator nomina duxit,

Non

Non segnem triplici vitam solamine fallit.  
Aucupis aut seta captus, leve civibus infert  
Aëreis bellum, nunc fraude vel arte volucri  
Subdola nodosis extendens retia filis.  
Vel latet æquoreis alios néq; tutus in undis  
Pinniger immensi piscantes incola ponti:  
Sed rapit his palmam nigræ venatica sylvæ.  
Itur in umbrosos stipantibus agmina saltus.  
Retibus & sudibus, telis rapidisq; melampis,  
Suspitosus Hylax naso, Dictæus & alter  
Dromas, prognatus quodq; matre Lycisca Britañā,  
Et pumili veniunt ad classica festa catelli.  
Involucra plagæ mox evolvuntur, amoenis  
Castrâq; figuntur clivis, & cædua ramis  
Tecta; nemus posthæc velut Urbē textilis abit  
E laqueis murus, cingunt hæc mœnia sylvas.  
Cuīq; virens humero leviter cortynia pender,  
Sylviq; ipse prior surgens vocat agmina Ductor.  
Tessera dividitur nemorosæ sacra Tribunis  
Militiæ, tum rauca vagos ad prælia cogit  
Buccina. Spe flagrant alij, prædæq; cupido  
Sollicitat cunctos, & dudum pectora pulsat.  
Nare sagax obscura canis delatus in antra  
Excitat hostili latitantes ore colonos  
Sylvestres, genus acre canum, rixosa propago.  
Quamvis pygmæus, magnâ tamen evocat irâ.  
Summa lues vulpi est, medias intrare Phalanges  
Latratu cogit: subit & vulpecula scenam,  
Mille dolis armata suis, astuta Melampi  
Victima. mordaci feriens nunc dente Lyciscas,

Nunc

Nunc ictum lerido cùm tentat fallere saltu,  
 Subsilit, inq; plagas recidens necis hostia gañit.  
 Sollicitus mox Actor adest Lepus, inq; recessus  
 Mille ruit timidus: pernicibus anxius herbas  
 Involitat pedibus, facit in discrimine gyros.  
 Lælapis ille pedes rapidus faucesq; fatigat  
 Lapsus in anfractus, nunc cominus eminus hosti  
 Eripit infenso vitam, fraudatq; latronem:  
 Donec præveniat canis, aut in tergore prædam  
 Prendat, & in mortuum lanietur victima dentis.  
 Ordine quisq; suo currit, facit ordine cuncta;  
 Omnia præceptis fieri conformia debent;  
 Verba suas & habent, & habent proverbia leges;  
 Transgredier nulli quales impunè licebit.  
 Sylvicolæ renovant iterum festiva theatra  
 Cervi, non segnis jam jam quibus instat Orion.  
 Omnia nare sagax oris scrutatur amussi  
 Leucon, ramosq; lambens vestigia prædæ.  
 Cornigerum violenta canum deñ libera frænis  
 Invadit rabies, sævus quoq; prædo subire  
 Mille pericla facit; timido ruit agmine cervus.  
 Omne nemus resonat, resonat clamorib⁹ Echo;  
 Terga pavore madet; cupidus subfessor adurget;  
 Septa plagæ prohibent, pedib⁹ spes nulla salutis;  
 Plumbea sulphureis grando quatit aëra nimbis;  
 Moxq; tripes cervus collum rapiente Melampo  
 Saucius in pedibus succumbit præda sagittis.  
 Vel gregis agmē aquas subit undarūq; procellas,  
 Spellocat in Nymphis, denso quasi sylvula cornu  
 Ausa natare, putes erectos pergere ramos:

Glans

Glans immisa caput donec petat, ille repente  
Subsiliat, fluitas per aquas vaga corpore strages.  
Prælia sed graviora movent abdomina sylvae  
Grex ferus Aprorum, non est ignava voluptas,  
Seria tela petit; duro venabula ferro  
Ursa ferox armare jubet; Lupus ante minores  
Spernit latratus, nisi sint in aure Britanni,  
Nil timet, inq; canes irâ crudelior ardet.  
Turbinis instar agens Aper obvia perforit ore,  
Dente fremente canū confundens cominùs iestū,  
Donec ab innumeris circumdata præda Melampus  
Terribilem frendens furij volvatur in hastam,  
Imbuat horrificis trepidans yenabula setis,  
Cumq; cruore feras animas eructet in agrum.  
Curritur erranti per devia saxa cothurno,  
Præda cadit sudibus, telis promiscua mortu.  
Euge canes, instate canes, huc terga Lycisea,  
Sta puer, ecce puer, salit hic modò cerygin ubras.  
In lepores nunc ille vagos, nunc alter in apros  
Ardet in ambages ramosi cornua cervi;  
Cogit hic, iste teras latitans ad retia stringit:  
Omnis sylvalatrat, boat Echo, mugit & aura.  
Post ubi præcessit nocturnas Hesperus umbras,  
Militiae sylvana vagos ad præmia cogit  
Buccina, mercedis canibus præludia dantur  
Laudes, & redeunt ad frondea Castra Tribuni,  
Risibus atq; jocis iter & fallendo cachinnis,  
Tempora succincti ramis. Venit ordine longo  
Grex prædæ per equos, per plaustrâq; tergâq; pé-  
Pompa necis trahitur multâ cōitâ cohorte (des  
Fusti.

Fustibus ac humeris referunt, & retia ponunt.  
 Arbore sub viridi longo jacet ordine strages.  
 Viscera Deliaco solvunt trepidantia cultro,  
 Et patulas vindex scrutatur dextera fibras.  
 Victimam primam famam sedat projecta Melampo,  
 Sunt epulaeque canum transfixa per ingvina telo  
 Intellexit feræ, nec avara affunditur offa:  
 Post ubi compositus prædam prior ignis adūxit  
 Frondosis fessus domibus convivia ponit  
 Venator, lanians veribus sylvestribus assa,  
 Et sapido lacerans castrensis ferula dente.  
 Deinde sitim lymphis, pingvi vel lacte repellit;  
 Aut etiam quando placidi clementia Bacchi  
 Indulxit, largo mergit præcordia vino.  
 Jam post errores comitum miscere cachinnos  
 Incipit ipse chori Præses, sequiturque Tribunum  
 Turba suum, salso resonant sylvestria risu.  
 In lustris etenim non aspernanda voluptas  
 Ille sub viridi est fessum componere nervum,  
 Ductor ait, nodosa levi distingvere dextram  
 Retia, mixta jocis convivia ponere sylvis.  
 Credite militiae comites, non milito bruma  
 Hic unâ, melior mihi fluxit portio vitæ;  
 Cum densata gelu rigidi stant culmina montis,  
 Et lento stercent Riphæi frigore campi,  
 Dicitur ex præda rediit Venator Orion.  
 Nam calor æstiferi defessum Lælapa cancti  
 Interimit, saltetque licet venatica, Phœbi  
 Quando diem ne cum medium persensit Horizone  
 Vespertina nocet canibus lustratio veris.

Autumnus mediæ tibi sæpè, Lycisca diei  
Obfuit, & raram capiunt venabula prædam.  
Ast brumâ tutò cunctas venamur in horas,  
Certior insequitur fugientia monstra Melampus;  
Impressit nivibus fera nam vestigia, densis.  
Tunc arbusta, sudes, laqueos, venabula, casses  
Instaura; telis Dromâ, tunc glandibus urge.  
Nomina si dederis canibus monosyllaba tantum  
Præstat, & errantes citò sic ad bella vocabis.  
Candentes nimiùm non multū indagine possunt:  
Pes rubet & nigrum cum ventris murice dorsū.  
Omnia certa placent; auris quōq; longa sagacē  
Pendula, sed celeres diversa per arma probatos  
Fulgentes oculi, teturum nigredine rostrum.  
Venter inanis erit, protensa per aëra cervix.  
Innocuos alii ludos, & somnia narrant,  
Absq; superciliosi læti convivia miscent.  
Alter ait, fessum nuper dum corpus in herbas  
Prostrâsem, Morpheûs noctu mihi prælia dixit;  
Ad mortem me cæsa feræ, me præda vocabat,  
Dente laccositos ulcisci jussa recessus.  
In yultus instabat Aper, mihi sæpè minatus  
Vulnera, vel Comitem magni me spenis Ulyssis  
Cuī magica incauto nocuerunt pocula Circes?  
Et lupus à dorso prêndebat colla Lycaon,  
Arcadici quondam jaestans fastigia Regni.  
Cinctus adhuc pharetris Actæon cornua tollit,  
Et velut hostili cervus petit intima ramo.  
Ungvibus indè ferox Callisto attollitur Ursa,  
Yrgo puellaris trinitans oblitera pudoris,

Parhasijs armata latus rigidissima telis.  
Corvus se quondam Juvenem, perdixq; puellum,  
Se Regem Nilus, Scyllam te dixit Alauda.  
Séq; Gerâna gruem, se falsa monedula cultam  
Arnen, Phineüs accipitrem, se cætera turba  
Mutatam cecinit, contra me læsa ruendo,  
Vindictamq; urgens ex me vobisq; sodales.  
Excitor, & trepidum timor undiq; pulsat inanis;  
Sed sopor ex oculis cum somno somnia cessant.  
Gaudeo, nocturnâ fuerim quòd imagine lusus.  
Tertius, in somno, dixit, me cædua ramis  
Ponere dissectis è truncis tecta putabam;  
Quòd mea læsisset robustas ascia quercus,  
Frondea vulneribus me saucia turba petebat.  
Se Laurus Daphnen, Pinus se dixerat Atyn;  
Hospes erat superum quondam Pannutia Baucis;  
In tiliam subij, in quercum subijtq; Philæmon,  
Hospes & ipse Jovis; quondam Cyparissus; at arbor  
Sum modò cupressus retulit, populūq; dolentes  
Heliades Fratris casum plangendo subintrant.  
Romulus in cornos telum mutavit, & olim  
Pastor erat; sed nunc oleis gravis Appulus arbor.  
Et nos præsumis temerâ violare securi?  
Jamq; meum petitura caput jam tela putaram;  
Eripuit fulgens donec me Cynthia morti.  
Fabellas alij plures & somnia narrant.  
Quartus ait: fessum lymphis immergere corpus  
In somno volui, & querulas vexare procellas;  
Hanc Acis, hanc Cyane certarunt cominùs undā  
Ex se mutatam, crebrum lambisseq; littus.

183 *Pars 3. Inductio 5. Juventus poetica*  
Byblis ait; quæ Nympha fui, sum flumen amoenum,  
**In fontes Arethusa leves, abijq; fluenta.**  
Cumq; mihi reliqui fontes & flumina dicunt  
Principium casusq; suos, me somnia linquunt.  
Sic hi, sic aliud confingit cætera turba,  
Et fallunt multo prostrati tempora lusu.  
Post ubi defessos udo nox vecta jugali,  
Axem jamq; rotas plaustri deflexerit Ursæ,  
Pax dormire jubet, pingvemq; reponere capsæ,  
Sub viridi spissum prosternunt arbore somnum,  
Stertunt, & rauco ludunt modulamina naso.

## CHORUS Post Partem III.

*Ad Clerum Regni Hungariae,*  
qui per illustres virtutes suas, & sapientiam Anima-  
mas pro Deo venatur ac lucratur.

**P**Urpuras inter trabeas & inter,  
Grande quas Virtus jaculata tulgur  
Hinc & hinc lucis radiavit ostro,  
Ibis Apollo.

Ibis, & Patres citus Infulatos,  
Principes Cleri veneratus ibis,  
Stalla, Prælatos, Patriæ sonabis  
Cynthie Clerum.

Et Tibi Virtus animo relucens,  
Præfulum Primas, Procerumq; Princeps,  
Quanta *S Z E C H E N Y* tulit Archi Præfulus,  
Quanta feretq; ?  
Dignitas ulterò Tibi candidata

Detur

Detulit claris gravidas Pyropis  
Non semel mittas, Tyrioq; fasces  
Compluit ostro.

Et merebaris, saliente cuius  
Dexterā Ganges toties procellas  
Gemmeas aris, trabeis arenas  
Attulit auri.

Quod manus suevit dare liberaliss,  
Deficit nunquam; meliore censu  
Afferunt plures generosa semper  
Munera fructus.

Quidquidius sacras dedit arca causas,  
Contulit calo, tribuitq; fama;  
Quēs sibi posthac monumenta laudis  
Gloria fulcit.

Aureo templis quoties pluisti  
Imbre? sacratas quoties in ades  
Et Tuis rivus manibus revolvit  
Gemmeus undas?

*KOLLONICZ Princeps Tibi purpurare*  
Et mēx pensum resonant Camœnæ,  
Jaurium cuius capiti deditq;  
Coloca Mitras.

Cūm per insignes graderē fasces,  
Inter & laudes, recinentis inter  
Orbis applausum, rubeo revinxit  
Roma galero.

Hic Tuis Præsul meritis tributum  
Debuit murex, Tyriamq; summus  
Contulit Zonam Moderator Orbis  
Urbe Quiritum. M3

Gesta vix amplis capienda fastis  
**Quis canet Vates Tua, vel decenti**  
**Quæ satis buxo modulata tandem**  
 Musa sonabit?

**Præsul ad nullam facilis quietem,**  
**Exulem paucis revocare somnum**  
**Affolens horis, Patris ac afyli**  
 Munia comples.

**Largior flammas imitaris Ætnæ**  
**Quas ubi cæpit, cohære nescit;**  
**Aut velut Nilus cataracta rumpens**  
 Irrigat agros.

**Hinc Tuum hinc ostrum magis erubescit,**  
**Plura quod necdum dederit coruscis**  
**Dotibus tantis, quibus obligata**  
 Sceptra recenset.

**Te parem summis animo gerendis**  
**Quis satis chordâ saliente ludat?**  
**Quisq; gestorum subeat Tuorum**  
 Amplia theatra?

**De Deo quantum meritus sacrifici;**  
**Quanta de Regnis? Chelys explicare**  
**Nescit, hinc hinc Te rutilante vexit**  
 Gloria curru.

**Nomen in mundi Chronicum tulisti,**  
**Faustus heredem bene qui merito**  
**Scripsit famam, moritura nunquam**  
 Nomina scripsit.

Jugiter Vati celebrande Præsul,  
**FENESTR** carmen subeas sonorum;

Cui nitet virtus, volitatq; pansi  
Gloria portis.

Thrace depulso melior cathedram  
Occupas Hæres *Agriensis* oræ,  
Inter & plausus Populi sereno  
Cingeris ostro.

At citis ultra properando pennis  
Gloriæ grandes equita curules,  
Et Tuæ semper monumenta famæ  
Prædicet Orbis.

Ast Tibi *JAKLIN* *Nitria* corusco  
Præsuli, Regni merito sigillum,  
Obvias sternit modulata sistris  
Musa corollas.

Jam pedum fervens honor, & tiaras  
Attulit caris nitidas smaragdis:  
Plus det, extendat famulante plausu  
Nomen in ævum.

Ac Tæumnomen recinat perennis  
Fama *SZECHENY*, canat illud ævis,  
Cuiq; *Vesprimum* meritam retinxit  
Murice vittam.

*BENKOVICZ* sacras referens tiaras  
*Varadi*, nostris fidibus sonande,  
Vive, Virtutes recinat Tuásq;  
Fama per orbem.

Insulas & qui meruere *Vaci*,  
*Cz*anadum mitræ quibus ambiuntq;  
Verticem, festus sonet inter amplas  
Cynthius Odas.

Ille Tinnenes, Novicas, Rosenses  
 Dacicas plaudens recinat tiaras,  
 Quemque mitratum redimit sacris Ec-  
 clesia vittis.

Præfulum pulchras resonate laudes,  
 Castali fontes Aganippidumque;  
 Musa festivis redimita sertis  
 Barbita tange,

Increpa chordas modulo decenti,  
 Et pudor cingat Tibi Musa, vultum;  
 Nempe vittatas celebrat tiaras  
 Nostra Camœna,

Ergo dum Regni cecinit mitratos  
 Vertices, nullum dabit hic tributum  
 Musa Prelatisque renova canoras  
 Cynthia buxos.

O faces Cleri pietatis igne  
 Et serenata rutilante mente  
 Funditis flamas, radijs repletis  
 Hungara Regna,

Non pari vobis mihiere luce,  
 Quotquot in cælis spatiantur astra,  
 Et nitent Austrum Boreamque versus  
 Solis Ephæbi,

Quidquid in Zonis rutilat polorum,  
 Hinc & hinc circum radiatur axem,  
 Vesta virtutum benefacta multo  
 Lumine vincunt.

Fulgor hic vobis dabit & tiaras,  
 Faustitas largo famulata censu

Deferet fasces, feret insulata  
Præmia dotum.

Pannonis summum decus eruditæ est  
Sanctitas, quando caput occupavit  
Artium tumen, nisi doq; Virtus  
Corde refulsi.

Has faces virtus jaculatur illa  
Vestra Fratati, quibus in decora  
Mente tot dotes quot Apollo claris  
Ignibus, ardenti.

Quid Pastores Parochi excubantes  
Pro Gregis cura vigilatis Argi,  
Et Lupos inter sed oves & inter  
Lumina statis.

Robur & Zelum Fidei q; tela  
In Stygis dirum caput evibratis,  
Ense Virtutum, face veritatis  
Perditis Hydram.

O Patres Regni, Gregis & Magistri,  
Pro Dei cultu sociate vires:  
Tutius centum meliusq; fuleris  
Templa recumbunt.

Nunc io! vivat Sacer Ordo Cleri,  
Sic aquæ læris sonuere lymphis,  
Sic nemus, montes saliere, valles,  
Mugijt Echo.

Jam salus & pax fugiente Marte  
Pannonis Regnum niveis revisant  
Curribus, lato recreetq; vultu  
Gratia campos,

# INTERLUDIUM,

## Curiositas abundantiam & defe- ctum rerum in Regionibus alphabetice designat.

**C**uriositas. *Quid prodest domesticis occultari la-  
sebris? In apricum prodeundum, & quod in  
altera non reperitur, in altera querendum est Re-  
gione, ac discendum. Neque enim omnia eadem  
protulit tellus: ita disponente admiranda Numi-  
nis Providentia, ut qualibet tamen habeat, quod  
ad necessitatem exigitur. Sed audite, quid com-  
pendiosè ex Textore collectum proferemus.*

### *Loca di-versis rebus abundantia.*

**A**b synthio Pontus, Macedonia  
Ære Corinthus, Dodona.

Accipitribus Massilia.

Aloë India, Arabia,

Alumine Melos, Ægyptus.

Alabastro India, Damascus, Sparta.

Amomo Assyria, Armenia, Media.

Amaraco Cyprus.

Aniso Syria,

Angvillis Ganges,

Apibus Hybla, Hymettus.

Apris Erymanthus, Mons Arcadia.

Armentis Galesum, Calabria, Augies.

Arboribus altissimis Insulæ fortunatae &  
India;

Arcu-

Arcubus Cresa, Armenia, Scythia.  
Arundinibus Gnidus, India.  
Arenis Ægyptus, Æthiopia.  
Aromate India, Persia.  
Asinis Arcadia, Italia.  
Asparagis Ravenna.  
Aspidibus Ægyptus.  
Attagenibus Jonia.  
Auro India, Suani, Ganges.  
Auripigmento Syria.

Baccis olivæ Achaja, Sicyon.  
Balsamo Syria, Nymphaeus mons.  
Balœnis mare Indicum.  
Beryllis India, Phœnicia.  
Bisontibus Scythia.  
Bobus Lybia, Phœnicia.  
Bombyce India, Assyria, Arabia.  
Bubalis Africa, Pœonia.  
Buxis Olympus, Corsica, Cytorus.  
Byssø Judæa, Elis,

Calamis Ægyptus, Gnydus,  
Calce Tibur.  
Canibus Canaria, Amyclis, Melita  
Capparis Alexandria.  
Carduis Corduba, Carthagœ.  
Cannabe Scythia, Sabini.  
Capris Capraria, Caspia, Cinyphes.  
Caleis Parma, Batavia.

- Casia Arabia.  
 Cancris Phoenicia.  
 Carbunculis Carthago.  
 Castaneis Neapolis, Tarantum.  
 Cerussa Rhodus.  
 Cerasis Lusitania, Cerasus mons Ponti.  
 Cerâ Hymettus, Hybla, Ambra.  
 Cedris Libanus, Aegyptus.  
 Chalybe Norica.  
 Cœpis Cumæ.  
 Columbis Chaonia, Dadona.  
 Corylis Avella, Pontus.  
 Cochleis Baleares, Africa.  
 Conchis Mare rubrum, Bibaga India.  
 Coçoneis Cydon Cretæ.  
 Coronis olim Elis Græcia.  
 Cotibus Taygetus.  
 Coriandro Aegyptus.  
 Cretâ Creta, Cymolus Insula.  
 Croco Tmolus mons, Sicilia, Corycus.  
 Crocodilis Nilus & Indus fluvij.  
 Crateribus Corinthus.  
 Crystallo India.  
 Cucumeribus Africa.  
 Cuniculis Baleares Insulæ.  
 Cupressis Ida, Cyllene, Erymanthus.  
 Cygnis, Cayster fluvius, Tamesis.  
  
 Dictamno Ida Mons, Cretæ.  
 Dipsadibus Lybia, Arabia.

Draconibus olim Æthiopia & India.  
Equis Thessalia, Asturia.  
Ebore Africa, Lybia.  
Electro Mœsia, Æthiopia.  
Elephantibus Lybia, Africa.

Fagis Chius.

Favis Hybla, Hymettus, Cyprūs,  
Felibus Tartessia Iberiæ.  
Ferro Melita, Norica.  
Ficubus Thessalia, India.  
Figulis Pythecusa.  
Flammis Ætna, Vesuvius,  
Floribus Hybla, Hymettus, Paphos,  
Fontibus Ida & Tomarus montes.  
Formicis grandibus India.  
Fraxinis Cous,  
Frugibus Ægyptus, Sicilia.  
Gallinis Gallinaria.  
Gagate Lycia ad ostia Gagatis.  
Gemmis Taprobanes, Idaspes, India.  
Glandibus Dodona.  
Graculis Adria.  
Gruibus Strymon & Biston fluvij.

Helleboro Oeton, Helicon montes.  
Herbis veneficis Colchos, Caucasus.  
Hircis Africa.  
Hortis Phœacia, Syria.  
Hyacintho Æthiopia.

**Hydris Nilus.**

**Jaculis Gnosos Cretæ.**

**Insulis Ora Illyrici.**

**Larice Ida mons:**

**Lacertis Arabia, Nysa mons.**

**Lanâ Calcedonia, Miletos.**

**Lauris Olympus, Parnassus, Sicyon.**

**Lentisco Campania.**

**Lente Ægyptus.**

**Leonibus Lybia, Caspia, Parthia, Marmaria.**

**Leporibus Athos, Baleares.**

**Lilijs Susa Persiæ.**

**Lupis Crotoniatæ.**

**Lyncibus Æthiopia.**

**Magnete India, Ægyptus, Siphnus.**

**Malis punicis Carthago.**

**Marmore Paros, Chios.**

**Mastiche Chios.**

**Melle Hybla, Hymettus, Attica.**

**Metallis Amaththus, Temesis.**

**Membranis Pergami.**

**Minio Minius fluvius, Colchos.**

**Mulis Italia, Hispania.**

**Muribus Ægyptus, Cosa ab ipsis obruta.**

**Murenis pilicibus mare Siculum.**

**Murice Tyrus, Sydon, Assyria.**

**Muscis Cyreniaci, Megarenses.**

**Myrrâ Arabia, Assyria, Orontes.**

**Narcisso Lycia.**

Nasturtio *Babylonia.*

Nardo *India, Persia.*

Nemoribus *Arcadia.*

Nitro *Epyrus, Ægyptus.*

Nivibus *Taurus, Alpes, Carpathus.*

Nucibus *Tarentum, Persia.*

Oleribus *Syria.*

Olivis *Sicyon, Venafrum Campaniæ.*

Ostreis *Bajæ, Abydus Lucrinus lacus.*

Ostro *Sydonia, Tyrus, Phœnicia, Assyria.*

Ovibus *Galesus Calabria.*

Palmis *Ægyptus Babylonia,*

Pantheris *Hircania.*

Pardis *Lybia, Caria.*

Perdicibus *Paphlagonia.*

Phasianis *Phasis Colchorum.*

Plumbo *Cantabria, Miætis Anglia.*

Pomis *Tibur, Phœacia*

Portis *Thebæ Ægyptiæ ubi 100.*

Procellis *Syrtis, Charybdis, Scylla.*

Pruinis *Ripheus & Caucasus montes.*

Prunis *Damascus.*

Psittacis *India, Æthiopia.*

Quercubus *Dodona, Chaonia, Ossa.*

Rappis *Nursinus ager.*

Resinâ *Ægyptus.*

Rosis *Pæstum, Prænestum, Cyrenis.*

Saccharo *India, Arabia.*

Sale *Hamanienses domos ex sale habebat.*


Scorpionibus *Africa.*

Sma-

- Smaragdis Erythra, India.  
 Stanno Britannia.  
 Struthio-Camelis Africa.  
 Suibus Arcadia.  
 Sulphure Melos, Insulæ Æoliae.  
 Talpis Bæotia.  
 Terebintho Syria, Damascus.  
 Thure Sabæa, Arabia.  
 Thymo Hybla, Hymettus.  
 Tigribus India, Parthia, Caucasus.  
 Topazio Chytis, Arabia, Topazios.  
 Ventis Gonoëssa Ætoliae.  
 Vino Tmolus, Falernus, Massic, &c. mōtes  
 Vnguentis Cous, Rhodus, Phæelis.  
 Vnionibus Ganges fluvius.  
 Vrsis Mysia, Moscovia.  
 Vulturibus Caucasus.

*LOCA DIVERSIS REBUS CA  
RENTIA.*

- Ære India.  
 Animalibus noxijs Creta.  
 Apris Africa.  
 Aquilis Rhodus.  
 Asinis Pontus, Scythia.  
 Avibus Insula Ponti, in qua sepultus ja-  
     cet Achilles.  
 Canibus Siganon Insula Arabiæ.  
 Capris Africa.  
 Cerasis Ægyptus.

*Cervis Creta & Africa.**Cornice Athenæ.**Cuniculis Ebusum.**Hederâ India, nisi in Mero.**Hirundinibus Thebæ & Biza Thraciæ.**Leporibus Ithaca.**Lupis Creta, Olympus.**Luscinij Daulis ad Delphin.**Mulis Scythia.**Mutibus Parus Insula.**Muscis Carina Cretæ.**Mustellis Lebadia Bæotia.**Noctuis Creta.**Oleâ Partes boreales.**Perdicibus Bæotia.**Plumbo India.**Porcis Arabia, præsertim Scænita.**Scorpionibus Clupea, &c.**Serpentibus Tendyra, Creta.**Talpis Coronea Bæotia.**Thymo Arcadia, &c.**Tineis Phrygia.**Ursis Creta & Africa.*

## PARS IV.

Virilis Ætas, &amp; Senectus.

*Epithalamia, Poëma, Panegyres, Satyra, Drama, Ethica.*

## INDUCTION I.

**Hymenæus docet Gratulationes nuptiales; ser-  
aa neëtit Eruditionum, Poëta solemne Epi-  
thalamium accinente Verbi Divini  
Unioni cum Humanitate.**

**Hymen.** Redimite me amaraco, fulcite sertis,  
date faces nuptiales, & canite Hymenæum, sed  
Divino sacrum Amori, Poëta. Io Hymen! io  
Talasio! tu prior accende tadas; quibus sanctior  
Amor perenne suppedit et fomentum. Hymen.  
Pro Epithalamio decantando, hac breviter ha-  
be, ô Poëta!

**I**n primis exaggeratur laus Connubij, vel  
communis lætitia celebratur. Fiunt etiam  
discursus de felicitate ejus, qui invenit Ami-  
cum fidelem. Familia pariter sponsorum depræ-  
dicatur, & apta verisimilisq; fictio prætexitur.

In Poëmate deducitur propositio à compen-  
diosa descriptione nuptialis pompæ. Invoca-  
tio fit ad Sanctos Angelos Custodes, vel ipsum  
Deum. Narratio ceremonias solemnitatésq; nu-  
ptiales recenset à circumstantijs personarum,  
Familia

Familiarum, Officiorum, Loci, temporis; & plurimum in laude Neo-sponsorum occupatur. Festivæ dominantur descriptiones; acumina ex stemmate, & circumstantijs eruuntur! felicia omnia concipiuntur, & prolixæ fiunt appre-  
tiones.

*Supplex Eruditionum pro hac materia.*

*Qui invenit Amicum, invenit thesaurum:*  
sed qualem nec in Gange, nec in drite qua-  
rat Idaspe.

*Amicitia est divitibus pro gratia, pauperibus  
pro censu, exilibus pro Patria, imbecillibus  
pro virtute, ægrotis pro medicina, mortuis  
pro vita.* *Petr. Bles.*

*Amicus est animæ custos.* *S. Greg.*

*Mulier est aurata pilula, formosa ad viden-  
dum, acerba ad sumendum.* *Aurel. Imp.*

*Atalanta nulli voluit nubere, nisi à quo cur-  
su superaretur.* Ergo Hippomenes projectis  
aureis pomis, cum ea illis inter currendum ele-  
vandis occuparetur, quæ erant ex hortis He-  
speridum, vicit, & duxit Atalantam.

*Phocionis uxor interrogata, cur gemmis, &  
auro non uteretur?* satis inquit magnus uxo-  
ris ornatus est virtus viri. *Phocion enim vicies  
fuerat Imperator Græcorum.*

*Artemisia Mausolo Marito defuncto Cariæ  
Regi, sumptuosissimum illud Mausoleum extru-  
xit, inter septem Orbis miracula numeratum.*

Portia ad finem vitæ deflevit maritum mortuum.

Democritus interrogatus, cur pusillam duxisset uxorem? respondit ex omnibus malis se minimum elegisse.

Tota domus duo sunt, ijdemq; paréntq; juventq;. *Ovid.*

Satis magnum Regnum est marito Uxor & Liberi. *Eurip.*

Sponsæ olim necebat pro viriscorollam ex verbena & floribus, quæ pancarpia dicebatur.

Olim apud Lusitanos ferta Neo-sponsorum, ex solis texebantur rosis. *Strabo*

Apud Macedones panem gladio divisum libabant Neo-sponsi. *Curt.*

Apud Romanos sponsa portabatur per limen: ceu coæta nuberet, & ex Domo Paterna prodiret. *Livius.*

Apud eosdem postes ornabantur lanâ & lauris, & oleo vel adipe per sponsam inungebantur. Hinc Uxores ab ungendo. *Plin.*

Apud eosdem cibus primus Neo-sponsarum erat succus papaveris lacte, & melle linitus.

### *Symbola Nuptialis.*

Duæ palmæ ad se invicem inclinatae. *Iemma.*  
Amor distantia jungit.

Stemmata sponsi à dextris, & sponsæ à sinistris cum leim: Post animos sociâsse juvabit,

Gemini seu Castor & Pollux amoris symbola sunt.

Columbæ duæ rostrjs unum tenentes annulum cum lem. *Concordia mutua.*

Anna Regina Hungariæ Coniux Ferdinandi I. Imp. habuit pro symbolo amoris duas manus connexas cum lem: *Sic in perpetuum.*

Isabella Caroli V. Imp. uxor habuit tres Gratiæ, quarum prima rosam, altera myrrham, tertia glandem ferebat cum lem: *Has habet, & superat.*

Arbor fructifera, in quam fulmen cadit, cum lem: *Sola Mors spoliat munera nostra.*

Aureus nummus ad lapidem Lydium probatur, cum lem: *Sic spectanda fides.*

Sed à profanis ad sacra convertamus Musam, ad decantandam sanctissimam copulam Verbi Divini cum Humanitate.

**E P I T H A L A M I U M.**  
**UNIONI VERBI DIVINI**  
cum Humanitate  
**S A C R U M.**

PRonubus Cæli Choraula  
Nuptijs accedit ignes,  
Serta gestat; fertq; tædas,  
Meliora tela cordis  
Fert amoris & sagittas,  
Quas Deus plumavit alis; totus Hymen personat.  
Nempè Verbum quando Patris  
Æstuans amore nostro,  
Carnis Unione Nostræ

Vincienduin, per tot ante  
 Sæcla Mundo nunciatam  
**Unionem** per Ministrum Gabrielem concinit.  
 Divus hic Amor canetur;  
 Cypridis procul Satelles  
 I fugax, & merge tædas,  
 Æstuantes, & sagittas  
 Quas Venus succinxit alis,  
**Spiritum** fugax ferocem cum medullis evome.  
 Hinc voluptatis Minister,  
 Tædifer procul Cupido,  
 Latro mentis, & pudoris  
 Prædo, castitatis hostis,  
 Artifex impunitatis,  
**Turbo** cordis & charybdis, hinc amoris carnifex  
 Turba præceps hinc profana,  
 Inferæ Junonis atras  
 Sperne tædas & supernæ;  
 Nuptias Jovis filete,  
 Pronubi Nymphæ ministri,  
**Tæraras** Hymen sub undas, ille vel Talaſio;  
 Nam suos Amor Tonantis  
 Sanctiores armat ignes,  
 Inicitq; serra tædis,  
 Tela blandis crispat alis,  
 Mille flabris innocentes  
**Grandinans** cælo sagittas mollè corda sauciat,  
 Ille sancto flagrat igne,  
 Cordis ostiumq; pulsat,  
 Involutq; iuvæ pectus,

Blandus artifex amoris,

Innocens Dei satelles,

Puritatis & minister, Castitatis armiger:

Ille molliter pharetris,

Pneumatifq; cinctus igne,

Mille stipatus sagittis,

Fulgidusq; mille tædis,

Blandiens Æternitatis

Flore vincitus in polorum vibrat ignes arcibus.

Hic amores nuptiásq;

Grandinat, quis credat, ardet

In thoras, & provocare

Numen audet, Unionem

Ille cum mortalitate

Audet, ac cum carne nostra postulare vinculum.

Jam sinum Divinitatis

Prēndit, inq; corda Verbi

Suaviter detorsit ignes,

Dulcè vibravitq; tædas:

Quēis medullas ille sanctas

Filij succedit, ire jussit inq; nuptias.

Ipse siderum voluptam

Posthabens, amore nostrū

Liquit, inq; carne cælo

Defluens thronum locavit,

Mortis expers, spiritalis,

Incapax doloris intrat carneus suspiria.

Astra cujus sunt scabellum,

Turba cujus est ministra

Mille cælitum Choraulæ.

Vita servit cūi polorum,

Vita dulcis, sancta vita,

Irrigata gaudiorum tota plena jubilis.

Unde nunc Hymen sonandus.

Sanctus absq; fictione,

Castus atris, absq; tædis,

Melle saccharoq; plenus;

Quando Dux Æternitatis.

Hic datis cum carne sancit dexteris conubium.

Alites Dei Choraulæ.

Remiges vibratæ pennas,

Aëris sulcate pontum,

Circulate mille gyros,

Turbines rotatæ molles,

Nuptiale voce carmen barbitisq; ludite.

Turba siderum canora,

Pronubi Divum Phonasci,

Vos & auloedi Tonantis,

Innocentes gaudiorum

Dulces illices amoris

Aureo crispate sancta molle fila pectine.

Huc jocantes inter odas,

Turba Cælitum beata,

Flecte pollicem Magistrum

In Cheles blandè sonoras,

Increpa plestrum Lyristes,

Sparge metra, funde flores, & coronas nexiles.

Cincta fertis Musa prodi,

Frondibus vestita bellis,

Lilijs crispata crines,

Et rosis amicta collum,  
Mille circulata calthis,

Circinata flore pectus, tota veris æmula.

Verba plus ornentur Hyblâ,

Gratias spirent Hymetti,

Chloridis venusta dore,

Pulchriora sint acalthis,

Blandiora sint ligustris,

Dulciora melle Cyrni, svaviora saccharo.

Huc Poëtæ pleætra fert,

Alites huc inquilini,

Aëris jucunda turba,

Cygne Mincij voluptas,

Penniger grex subvolando

Musicaster crispet odas, crispet odas Jesulo.

Jam canunt, jam fila strident,

Pleætra navigant sonora,

Remiges luduntq; buxi,

Ludibunda spargit imbre,

Flora, depluit corollas,

Tela fulminat rosarum, flore cingit tempora.

Rubra pingit arva nubes,

Elegantis irrigata

Penicilli largitate,

Grata tempestas jocatur,

Criniuntur ferta sposo,

Purpurantur & coronæ, dextra ludit artifex.

Ite Martis hinc Machæræ,

Ite bella tot dolores,

Quidquid insolens Averni

Turba mœsti præparavit,  
Hinc procul Styg's catervæ,  
Hæc catenas, hæc & Orci vincia solvit Unio.

## INDUCTION II.

Musa instruit Poëmata, Panegyres, Dedications; gratulationesq; dignitatum & victoriatum, atq; diverso accumulat ornatu.

Musa. A festivis redis ad Panegyres dignitatum, gratulationes venimus, ô Indoles heroïna. Hic in sublime etiam eluctandum, & magna celebranda sunt Anima, quas Virtus gestorumq; gloria in alcum provexit. Genius. Age omnia exordine, & in publicum educ Panegyres.

Musa. In Epopœiæ sive poëmatis Propositione expone breviter argumentum Operis, prout alibi jam dictum fuit. Sequatur Invocatio ad Deum, ad Cælites. Narratio gravi exulta varietate incedat, describat, exornet, & illustret rem, personasq;, de quibus agit. Sit autem vera seu verisimilis, Fictionum elegantijs conspersa, attamen conjuncta cum Religione, neq; trita nimiùm. Dominantur in hoc Poëmatis genere comparationes, similitudines, descriptiones, tropi, figuræ graviores, imitationes, verba illustria, perspicua, adornata, apta, rara, Epitheta cultiora, circumlocutiones, eruditiones, Phrases, & quidquid est ad pompam & magnificentiam.

1. *Dedicatoria carmina* possunt deduci à circumstantijs loci, temporis, stemmatis, Officij, personæ; &c. Deinde exaggeratur tenuitas muneris, motivāq; exponuntur, quæ ad faciēdam dedicationem induxerant, esseq; solent virtutes illustriores Patroni, liberalitas, doctrina, amor artium, &c. Seu queratur statim patrocinium rei dedicandæ, in qua occasione virtutes gestāq; Mecænatis, cui id operis offeruntur; prædicabuntur. Votis deniq; concludendum erit, postquam Patronus pro merito fuit dilaudatus.

### *Supplex Eruditionum pro oblatoriis carminibus.*

Extra fortunam est, quidquid donatur amicis:

Quas dederis, solas seper habebis opes. *Marc.*

Tibijs canunt, qui tubis nequeunt; ac minoribus hostijs placant superos, quibus non sufficit hecatombe. *Steng.*

Liberale officium est ferere beneficium; ut possis mettere fructum. *Cic.*

Plures honorare est multos ad benemerendum provocare. *Demosth.*

Thesaurus pulcher est gloria pulchre collata. *Eurip.*

Corpus alimento nutritur, animus nobilis laude, honore, & præmio. *Xenoph.*

Multo præclarius est beneficium, quam trophorum memoriam relinquere. *Idem.*

Libe-

Liberalitatis aureum semen producit auram favoris, ex qua prodit messis honoris. *Sophocles.*

Nutriunt præmiorum exempla virtutes. *Plinius.*

L. Lucullus fuit liberalissimus in doctos. Hinc ejus domus dicebatur portus Græcorum Romanum venientium.

Flavius Vespasianus constituit Rhetoribus annua centena.

Mecænas liberalissimus fuit in literatos.

Menecrates eâ conditione sanabat gratis plurimos; ut insuper ab eo vestem acciperent, & se ejus Clientes faterentur. *Plus.*

Sed prolixius inferius paragrapho sequentia: undè sententia & eruditiones pro Dedicacionibus & laude Patroni accipi possunt.

11. *Pro Panegyricis, Gratulatorijs dignitatum & Epinicijs* hac pauca habe.

In Gratulatorijs dignitarum explicatur felicitas, quæ obtigit; & communis omnium lætitia exponitur. Indè meritorum ac gestorum præclara mentio ingeritur; quibus hic honor in tributum venisse dicitur. Attolluntur Maiores totiusq; Familiaæ splendor. Gloriola facinora ac virtutes describuntur & enarrantur. Amplificatur honor ab adjunctis personæ, in quam collatus fuit, item à circumstantijs loci & temporis, rursus ab adjunctis illius, qui contulit dignitatem adeò emerito viro. Effingi potest desiderium, quo honor ferebatur; ut tali viro tribueretur, à quo plus fulgoris experierat.

etarât. Excitatur animus ad gaudium ac plausum. Omnes ad gratulationem invitantur, idq; per enumerationem; quod quidem etiam statim in principio fieri potest. Festiva depro- muntur vota, & communibus populorum plau- sibus concluditur.

Comparationes in hoc genere plurimum lu- cis afferunt, factæ præsertim cum exemplis Majorum. suffragia quoq; eligentium extolli debent, & conceptus deduci ex Insignibus ho- noris ac Familiæ. Virtutum dignitatissq; orna- menta frequentius attolluntur.

In Epinicijs vel gratulacionibus victoriarum, producitur difficultas belli; hostium crudelitas, arrogantia, robur & copia amplificantur. Ti- mor populorum, gravitas periculorum & im- pendingentia mala exhibentur. Describuntur præ- liorum magnitudo, Duxis virtus, Dei auxili- um, causæ antecedentes, militum fortitudo, belli adjuncta & circumstantiæ. Numen adora- tur; Victor celebratur per enumerationem; Victoria laus augetur per locos communes à causis, à publica utilitate, à personarum adjun- ctis, à felicitate, à tempore, à loco, ab applau- su, tripudijs & gratulationibus Populorum. Apostrophe frequenter fit ad victorem; de- cantantur elogia Exercitus, gloriâq; exaggera- tur. Patriæ salus, commoda, Ecclesiæ emolu- menta aliâq; prolixè proponuntur. Tandem Deo omnia accepta referuntur & inter præco- nia Victoris concluditur.

*Supel.*

*Supellex eruditionum pro Dignitatibus  
et Epicinijs.*

Virtutis umbra honor etiam invitatos comi-  
tatur. *Sen.*

Gloria est Mater annorum. *Bion.*

Sola dulcedo gloriæ non senescit. *Thucyd.*  
Fructus honos oneris, fructus honoris onus.

Virtutem actusq; priores  
Commendat repetitus honor, virtusq; redacit.

Quos fortuna regit. *Claud.*

Honor & gloria sunt pedissequæ virtutis. *Tac.*  
Magistratus virum ostendit. *Bias.*

Virtutis uberrimum alimentum est honor.

*Val. Max.*

Velut thus Deo competit, ita laus bonis tri-  
buenda est. *Stob.*

Magnæ Virtutis est, cū felicitate luctari. *S. Au.*  
Eximiam virtutem sponte sequitur suum de-  
cuss. *Plaut.*

Recte victoriâ uti, clarius est quam vincere. *Plaut.*

Non in armis, quam pietate paratur victo-  
ria. *Agath.*

Si vis vincere, clementer age. *Vopisc.*  
Justum bellum tutius suspecta pace. *Tacit.*  
Adversi inferentē damna justa est ultio. *Fab.*  
Bellando faciendum, nè semper sit bellan-  
dum. *Dio.*

Pacem reduci velle victori expedit, victo  
necessse est. *Sen.*

*Fam.*

Famâ bella constant. *Curt.*

Non est belli societas ineunda cum Dei hoste. *Gratian.*

Malè vicit quem pœnitet victoriæ. *Sen.*

Carolus M. illos Imperio dignos judicabat, qui Augustum solio, Periclem Iudicio, Alexandrum bello adæquarent.

Apud Romanos olim nonnisi per templum Virtutis, introitus patebat ad templum honoris *Alex ab Alex.*

Caroli V. dictum erat: *Veni, Vidi, Vicit* autem Christus.

Alphonsus Rex vocabat Magistratum cotem, quâ hominum virtutes probantur.

Chrysippus interrogatus, cur noller Republikam gubernare, respondit: si malè rexero, displicebo Deo; si bene, hominibus.

Alphonsus Rex dicere solebat: Bonus est Princeps, qui subditos suos habet in capite; melior, qui in corde; pessimus, qui in ventre.  
*Panorm.*

Timon Philosophus interrogatus, quid interesset inter Principem & Populum? Respondit: quod inter unum & omnia; cum omnes unum spectent. *Frisen.*

Tacitus dicebat: Quemadmodum egregium est hostem devincere; ita non minus laudabile infelicium misereri.

Cum Numantinos à Scipione in fugam actos sui arguerent; quod eos fugerent, quos toties fuga-

fugârant, respondit quidam: pecus idem est, sed mutatus est pastor. *Briffon.*

Alphonsus Castellæ Rex dicere solebat; probos milites gemina manus armat, fortis & iusta: fædifragos terna exarmat, Pia, fida & strenua. *Avent.*

Olim Cimbri contra perfidos educebant quatuor cohortes, primam puerorum, alteram Juvenum, tertiam virorum, quartam senum, primis tribus spectantibus, senes decertabant: quod crederent, à Deo deserros perfidos debilibus viribus sterni posse. *Politian.*

Alphonsus Arragoniæ Rex non tam gloriabatur, quod hostes vicisset quam quod didicisset consulere victis. Illud enim dicebat fortunæ munus esse, hoc vero semper suum. *Panorm. l. 2.*

Alexander M. svadenti Parmenioni, ut no-  
stu inopinatò Darium invaderet, respondit:  
malo, me fortunæ pœniteat, quam victorix.  
Nolo victoriam furari.

Fridericus Imperator debellatis hostibus ad  
suos conversus ait: Magnum opus actum est,  
Milites: nunc autem majus restat; ut vinca-  
mus nos, & avaritiam ac cupiditati fræna impo-  
namus. *Æn. sylv.*

### *I N D V C T I O    III.*

Poëtae ludunt canuntq; Panegyres ad victorias  
Christi Domini Resurgentis, gloriamq; ac  
dignitatem Virtutum celebrant.

Musa;

Musa. Hic vobis latepatentissimus aperitur  
campus, O Poëta. Sed profana abicite plectra;  
sistra Divinas laudes & sacram sonabunt virtu-  
tem. Panegyres in encomia Heroum constructas  
porrigit Claudianus elegantiissimus Poëta, &  
Virgilius, Lucanus alijq; multū commendatū  
cecinerut facta Ducū & bellā. Non immore-  
mur his: ast Victorum maximo, & omnium Tri-  
umphatorum Principi Christo Domino Epinicīa  
cantemus. Poëtæ. Nil moramur; audi Musæ  
resonantes.

## DE RESURRECTIONE DOMINI.

FUnebrēm Clio modulata lessum

Pone, dispersos Cyanis capillos

Nece; festivo citharam fidesq;

Pollice tange:

Dic io pæan, redimita sertis

Castalī doctas propera per undas,

Barbiti cymbâ levè tihiente,

Remige plectro.

Ultimas mundi resonent ad oras

Sistra, permixtæ recinant & odæ;

Increpans chordas digitus nitente

Crispet eburno.

Nam Triumphator Stygiæ paludis

Gemmeo surgit cumulatus ostro;

Eseda illius comitata Divum

Gloria cingit:

Imbre qui nuper maduit dolorum,

O

Hōr-

213      *Pars 4. Ind. 3. Virilis Ætas*  
Horridâ Justus trabe dum pependit,  
Vepre crinitus modò luce cinctus  
Sidera vincit

Tenacis quando specubus virentes  
Intulit palmas, oleis comatus,  
Cerberi fortes adamante postes  
Impete rupit.

Nullus hic vectis Domitoris Orci  
Obstitit dextris; sed ahena sponte  
Clastra mollito cecidere ferro,  
Vinclaque portæ.

Nam seris quamquam riguere diri  
Januae Lethi; simul ac Avernum  
Victor intravit, quasi cera fluxit  
Janua Ditis.

Aeneum mollis velut unda limen  
Lenè manavit, subitique solvi  
Jussa compago; patuere laxo  
Ostia tractu.

Et statim Patrum cecidere vincla,  
Compedes ruptæ, manicae solutæ;  
Liberos Vates superis in auris  
Vidit Olympus.

Christus è limbi tenebris parentes  
Intulit luci veterumque manes,  
Damna per mortis stygiasque vectus  
Nobile strages.

Janitor nigri tremebundus orci  
Devorans iras filuit; Megæra  
Strata ferali proprium perussit  
Lampade vulcum,

Tur-

Turba Lethæi furiosa claustrum  
Frenduit, turpes agitata crines,  
Et jubas lugens posuit nocivas  
Terror Erinnys.

Insidens sellæ Domitor curuli  
Duxit è stagnis Erebi Prophetas,  
Antra devicti spolians superba  
Christus Averni.

Tunc triumphalem comitata currum  
Turba Divorum: secuere frontes  
At suas tristes Furiæ sorores,  
Ditis alumnae.

Orcus ad currum trahitur catenis  
Vinctus Ætnæis, Stygis & ministri  
Per rotas rapti lacerant rapaci  
Dente lacertos.

Victor ast læto redimitus ore,  
Fronte plus Phœbo rutilante clarus,  
Parta jaçtavit manibus trophyæ,  
Mille triumphos.

Turba sanctorum cecinætq; Pæan!  
Millies pæan! sonuere cæli,  
Millies pæan! cecinere Tellus,  
Pontus, & Aér.

Tange jam chordas Erato sonoras;  
Lude victori: validæ Tyranni  
Corruunt vires, pietas perennes  
Jaçtat olivas.

*Item de Resurrectione Domini.*

Demens feroceſ non agitet jubaſ,

Truceſ Enyo nec gladioſ roteſ:

Bellona fractiſ nam cruentæ

Viribus incubuit machæræ,

Quam nuper in nos iñvida strinxerat;

Quando phalangeſ Ditiſ aheneis

Accinxit armiſ, quæq; noſtriſ

Sangvineiſ maduere rivis,

Posteſ Averni, telaq; jam jaſent

Confraetæ, ſævi fulmina Tænari

Contrita, diri carcer Orci

Tristiſ incubuit ruinis.

Jam Regna Lethi funditus occidunt,

Eversa vietas dant modò dexteras:

Cinctum trophæiſ quando Chriſtum

Alpiciunt stygiæ paludeſ.

Victoris autem millibus eſſeda

Cingunt caterviſ lætitiae patrum

Cæliq; plaudunt, & chorauſæ

Siderei resonant triumphos.

Pæana Muſæ dicite culmini

Victoris, hic dum per capitolia

Surgit poloſum, gloriosiſ

Colla neciſ pedibus premendo.

*Item pro Resurrectione Domini.*

Elei ſtadium non tulit inclytum

Tot palmas, decoris præmia Nobiliſ

Victori, quot abundat

Lauris Dux modò sideris,

Nunquam proposuit Mars tot adoreas,

Cæsar cùm subiit vel Capitolium;

Nec tot Romulidum plebs

Vidit laurigeros Duces,

Quot cingunt hodiè de tumulo latus:

Dum Christus celebres inter adeat Patres,

Heroásq; tot inter,

Nec non agmina Principum,

Crinalis radios culminis evibrat;

Qui nuper soli mis incubuit jugis

Despectus, ceciditq;

Pressus, mille doloribus,

Discussit nitido nubila lumine.

Ergo Musa metris lætior insona,

Et plectro quatiente

Chordas accine. Vel file.

Non quamvis fidicen pollice moveris

Arguto citharam, non tamen occines

Dignum, párq; triumphis

Carmen. Plaude silentio.

P O E M A

*De Resurrectione Domini.*

Augustum Victoris opus, Regisq; trophyæ,

Et plena lauris dextras, palmaria Divum

Colla Ducis nunc Musa jubet depromere versu:

Quamvis magnifici nostris celsissima metris

Majestas operis non eluctabilis obstat.

Ad pompam & plausum cæli viætricia plusquam  
Murice signa rigent, fulgentibus æmula gemis  
Auro tincta cohors, quæ post populata nefandæ  
Antra stygis, non plus ululata trophæa lacunæ  
Plutonis, gaudet: spolijs dum Christus Avernū  
Exhausit, captum solidisq; coëgit habenis.  
Vos animæ Divum, quibus hōscē subire triūphos  
Contigit, & claustris Erebi trepidantibus ora  
Solvere, depositos in gaudia vertere luctus,  
Mecum festivas Vates impellite chordas.  
Fegmata viatori quia non fulcire colosso,  
Æmula nec summis educere marmora cælis  
Purpureis violata notis, variare Pyropis  
Illustres possum currus; vos pandite colles,  
Ex quibus aenio celebrem solemnia cantu.  
Teitia lux fuerat, quadrigam phœbus in orbem  
Cogere debuerat; quâ post præsagia, terræ  
Visceribus contecta salus educeret ossa;  
Dilaniaret humi simul intestina Redemptor;  
Solveret obstantis ferrata repagula saxi;  
Quæ vallata seri, & aheni veete coibant.  
Hinc obfessa truci squallebant ense, globato  
Milite, nè foret ulla fugæ via tota rigebant  
Circumsepta. Themis cecinit, sic iussa Tonantis  
Cælica fatidicis olim voluere figuris:  
Ut post squallores sacri nitor aureus aris  
Prodiret; divo corpus fulgoris amictu  
Mutaret speciem; pulsâ caligine vultus  
Pristina lux iterum radijs miranda niteret;  
Frontis honos, oris Charites dulcesq; lepores,

Gratia laborum, capitis fulgorq; redirent;  
Pulcher & excussâ malas color illicô nube  
Comeret, inq; genas radians lux cuncta migraret;  
Quas tristi nuper fœdârat imagine lictor.  
Tunc vitiata sinûs plangebat gloria ferro,  
Exedit flagrum laniatâ pelle lacertos;  
Taliter ut vix ille suî fluxisset in umbram:  
Undiq; laxatis aderant contraria portis.  
Agmina mœtoris cumulabant ora dolore.  
Tunc etenim postes Prætoris cæde madentes,  
Sangvineis violavit ebur tunc purpura guttis;  
Concussit timidq; tremuit quôdq; sedibus Hebrôs;  
Nutantem dum colla neci Calvaria vidit.  
Rursus at ex tristi redivivus funere phœnix  
Surrexit. diwas animam transmisit ad umbras,  
Tænarium palmis intrans vîetricibus antrum.  
Jam styx immani laniavit pectora rictu;  
Sed radiata novo fulsit splendore caverna  
Plutonis, spumans Erebi retrovit Avernus;  
Ipséq; damna dolens furiosa remugit Orcus  
Classica, lethiferas in bella coëgit alumnas.  
Infernî tremuere fores, & janua Lethi;  
Nox stomachante latus currens lymphatica totû  
Percussit clavâ, jam jam trepidantia pressit  
Ostia, nè Christo via circumcincta pateret.  
Styx ergo tituculenta nigros ad pallida manes  
Castra ciet, veniunt è tævis monstra cavernis  
Plena metu, Ditis tremefiunt murmure valvæ;  
Implicitos gyrant capulo tenus angvibus enses,  
Vipereas concussa jubas peccata. tremuntq;.

Impius ardenti fauces immane tumentes  
 Instruit igne furor, toto ruit agmine præcepis  
 In clades barathrum; dextras munita cupressis,  
 Ac hydris crinita caput fremit invida turba,  
 Inflammans dirâ feralis luce cohortes  
 Pinus, per totum rabidis fœdata lacertis  
 Currit, & infastas tenebras insana flagellat;  
 In Phlegetonte feræ titubant formidine classes.  
 Prima necis raucam geminârunt guttura tussim,  
 Et patulo sèvas voinuerunt mortis hiatu  
 Gnatæ: erupit morborum pallida turba;  
 Collapsas fulcata genas, tunc vomere rugæ  
 Agmina longævi senij cariosa steterunt;  
 Cinxeruntq; latus pestes, lepra, febris & hydrops  
 Infremuit terror, Lethargus somnia liquit;  
 Feralæsq; Phtisis, vomicæ, Podagræq; cohortes  
 Concurrere; famæ exedit viscera morbi;  
 Concrepuere leves & mortis sæpè lacerti,  
 Falcibus ipsa suas armavit pessima dextras.  
 Præcipitem Ditis Libitinam spectra secuta,  
 Funestis rigidum fremuerunt Tartara castris.  
 Exesi macies palloris terga ferocis  
 Indè secuta necis; mœror, dolor atq; timores  
 Lurida non faustis subierunt castra maniplis.  
 Tum peccata vias sepsere phalangibus omnes  
 Inferni; conos agitans hæc tu: ba procellæ  
 Instar, de cæcis ruit indignata cavernis,  
 Busta ferens. Miseræ septem delicta Tribuni  
 Turpia militiæ duxerunt agmina, bellum  
 Illatura Deo, sua defensurâq; monstra.

Christus at Inferni stravit quasi turbine castra.  
Certatum subiere jugum, subiere catenas,  
In manicas ivere styges, in vincula lethum  
Migravit, clausit ferratum Dæmona limen.  
Humani nuper generis quæ busta volebat;  
Strata jacet, clades & lamentatur Erinnys.  
Tartara sub trabeis ð quam tremefacta Tonantis  
Exululant! etiam semet replesse trophyæ  
Facta Dei, fractas in vincula mittere vires  
Se debere dolent; presso succumbere collo,  
Spargere non fausta langventes sorte lacertos,  
Æternum post hac bustum mortisq; favillas  
Se esse, suum robur cum sumo jamq; volasse;  
Vindictam vertisse Polos in colla Tyranni,  
Inferni furias in vincula dira coactas,  
Sub gemuisse jugo captivum Dæmonis astum,  
Naufragia Letheæ sine remige vela natare  
Cymbæ, demergi lintrem remosq; Charontis.  
Mox Limbum subiit rutili Dominator Olympi,  
Et Phlegethonei victor sanctissimus antri.  
Ocyus immanes Erebi patuere cavernæ;  
Claustra feris refugis fluxerunt mœnia limbi  
Conquassata manu victoris ahenea Christi  
Procubuere; fores ceciderunt; Janitor Orci  
Ostia vallavit nullus. Tunc lumina cœcis  
Illuxere locis, novus & penetralia fulgor  
Detersit, patres in basia mille ruerunt.  
Hic Christus Vatum squallentem carcere vultu  
Prælambit, nitido radiavit & ora colore,  
Nexuit illa rosis, distinxit pectora gemmis,

Æquavitq; genæ sulcos ; quos vomere molles  
 Foderunt lachrymæ, luætus in gaudia vertit ;  
 Eduxit limbo plaudentes agmine longo.  
 Nox fuit, & niveo pulsavit Delia curru  
 Æthereas radiosæ plagas, fulsere choraulæ  
 Tunc noctis stellæ Phœbo inclinante quadrigas,  
 Obnubitq; jubes Æthon caligine tectus :  
 Terra diem luxit nigris vestita tenebris,  
 Candidus & lunæ redimivit circulus orbem,  
 Ille serenati jamjam prænuncius axis.  
 Nox induta quidem nigrum faustissimæ peplū,  
 Clarius ast omni lumen sparsura dierum  
 Luce, faciem terris, pelagoq; datura micantem  
 Ipsa pharum , mundi pullum lugentis amictum  
 Mutatura, novo cælos auctura nitore.  
 Hinc Patrum comitata choris monumenta revisit  
 Exultans anima, & maculas detersit ab ore.  
 Vulnera terribili nuper sulcata flagello  
 In stellas abiære, super fulære Triones.  
 Spinæ regifico capitï diademate ferta  
 Mutantur, roseo cervix splendore renidet,  
 Et quidquid vel lucis habent, pulchriq; polorū  
 Agmina, vel Charites, superat depasta decores.  
 Reeditur auratis flivus color inde capillis,  
 Intexuntq; decus ; quibus ante impexuit atram  
 Funestus speciem squallor; nunc &comæ fulget,  
 Sertaq; fert aris totum redimita smaraglis.  
 Frons nuper lacerata tumens, jam vincit eburnū  
 Nubila detergens nunc cælis æmula candet.  
 Dulce micant oculi, fundunt & lumine toto

Deli-

Delicias; lachrymis qui nuper labra rigabant,  
Implet odoratum svavis fragrantia cæli,  
Et modulis aures demulcet musica Divum,  
Labraq; delicias patulo nunc ore resorbent,  
Purpureo rident & grato murice splendent.  
Reste ligata prius jam colla coralia gestant,  
Atq; paludato vestitur corpus amictu,  
Influit in dextras sceptrum, in crinésq; corona.  
Sic exornasset Domini dum gloria corpus,  
E Limbo rediens subiit mox spiritus illud,  
Divorum comitante choro, cæliq; ministris,  
Extulit è turba Victor sua colla subastræ.

*VIRTUTI,*  
*que est dignitas, & gloria virorum;*  
*ab ea nomen trahentium.*

*Virtus per ardua eluetatur ad felicitatem.*

**N**on saginatur generosa virtus  
Prosperis; quando rigidis petita  
Spiritus sumens animosiores  
Mollia temnit.

*Nescit Heraum vigor immorari  
Dulcibus, non hoscapiet voluptas  
Vilitas; qualis nisi tota novit*

*Lambere terram.*

*Svavishaud illos sopor, & sequetur  
Molle pulvinar; per acuta somnum  
Saxa prosternunt; rutilans jacentes  
Integrit agit.*

*Arduis*

223      *Pars 4. Ind. 3. Virilis Ætas.*  
*Arduis gaudent animi vigores;*  
*Celsa sectantur; super atra surgunt.*  
*Mentium virtus nec humi jacendo ut*  
    *Pu nilo repit.*

*Semper adversis agitatur armis,*  
*Et comes dextras inimica cingit;*  
*Dente ferales laniata fibras*  
    *Invida frendet.*

Tunc in Heroas furiosus ardet  
Orbis, insanit rabie tremendus  
Terror, & sævi metuenda bellum  
    Sibilat hasta.

Marspiter strictos riget inter enses;  
Ægidem crispis rotat in capillis,  
Aiq; falcatis populator agri  
    curribus instat.

Tunc vomit tristes Erebus ministros,  
Et furor cogit furias Averno;  
Angvium dextras chorus ille ditis  
    Vellere cingit.

Spes vocat diras inimica turbas;  
Jam ciet scyllas; fremit & charibdis,  
Monstra telluris numerosa cogunt  
    Agmine bellum.

Styx in Heroas maleiana sortes  
Viget aduersas; elementa multum  
Sæva bacchantur; petitur furoris  
    Victima virtus.

Tunc in Alcidem temulenta surgunt  
Monstra, crudeles agitata vultus;

Fata ballistis truculenta tundunt

Pectus honesti.

Sed tamen virtus superat furores

Sortis; in frenum revocat ministram

Diva fortunam; cumulat trophyæ.

Térq; triumphos.

Sic in adversis generosiores

Spiritus ducunt, animâtq; robur

Pectus Heroum; nocitura nunquam

Tartara calcant.

Jam licet multis fremebundus instet

Terror, & gyrent furiæ capillos;

Nisi time: Virtus ubi major illis

Fulmina ridet.

### *In laudem Innocentie animi.*

Adeste dignâ sideribus chely,

O vos choraulæ, svave sonantibus

Mulcete chordis bis ter auras

Remige eelsa canente buxo

Trophyæ. Sacrum tangite barbitum,

Quos innocentes corripiunt sinus,

Et ima blandè corda vestit

Mentis ebur bonitate fulgens.

Virtutis ingens hic super æthera.

Effertè culmen; quæ nihil impij

Secuta, nunquam pulchra gypsum

Ingenij violavit atro

Carbone. Plenos Numinis impetu

Sensus revolvit, nulla cupidinis

Quos

Quos fax aduissit. Sacra palmas  
Innocuæ retulit Juventæ.

O ter beatam! quæ speciem suam  
Candore mentis pulchrius eluit:  
Sincera virtus fraudis omne  
Vel minimum refugit venenum:  
Ignara crescit perfidiæ, sinum  
Mulcere fœtis nec didicit labris:  
Excelsa cùm sit, fæce fraudum  
Non poterit tumulare grandem  
Virtus honorem. Nata perennibus  
Est rebus, altas ingenij legit  
Dotes, & ultrò mentis auro  
Addit opes opulenta semper:

*Fortes surgunt adversis.*

Virtus Invidiæ nobile pabulum  
Non dirum refugit vulnus ab hostibus,  
Et quamvis laceret, sors fera lancinet;

Virtus integra semper erit.

Centum pressa malis altius erigit  
Pectus, non rabie concutitur Stygis.

Quamvis cum furijs marspiter infremat,  
Vietas non dabit alta manus.

Paupertas inopes crudior involet;

Illam læta feret frons patientior.

A cutis hilaris pauperies vacans

Incedit generosa canens?

Corpus mille secer vulneribus furor;

In fibris gladios barbaries rotet;

Crispet tela , necis spicula sibilent ;

Mars charos populetur agros ;

Bacchetur Boreas , & Pelagus fremat :

Stat constans animo robur , & omnia

Virtutis Genius celsior æstimat

Grandis materiem decoris.

*PÆAN MAIALE*

*Flori virtutis ac scientiarum.*

*O D E I.*

Euge solemnī redimitus herbā,

Flore crinitus , meliorq; mentis

Majus incedat , virides corollas

Gestet honesti.

Ite Nysæi procul ite thyrsi ,

Ite virtutes hederam recusant ;

Signa nec doctis posuit camænis

Talia Phœbus.

Nec brevi carmen peritura Maij

Fama complebit : fugitivus iste

Menstruo Lunæ numeratus anno

Perdit honorem.

Ite majales sine laude flores ;

Sole prostrati nimio jacetis ,

Torridis quondam folijs avaræ

Pabula flammæ.

Flora quid vanis opulenta fertis

Jactat horrorum miseranda pompam ?

Quando mox siccis caput aret herbis

Absq; decore.

Litteris semper meliore Majus  
 Flore succedit ; peritura nunquam  
 Serta fert virtus ; viret ista semper  
 Inclyta mundo :

Purpuras verni superat roseti ,  
 Et super Pæsti celebrēm perennat  
 Muricem ; nec sit sine fine circum  
 Tempora sertum :

*O D E 2.*

Majus Thaliæ fert opulentior  
 Pompas ; recenti semper in hortulo  
 Stat Flora ; sæuos nec timere  
 Serta sciunt Boreæ tumultus :  
 Sublime vectus non ferit acrior  
 Sol , nec nocivis sirius ignibus  
 Torrere flores novit ; illos  
 Ingenium fovet , & perennant :  
 O quæ rolarum gratia purpuræ  
 Hic jaεtat ? albis lilia cultibus  
 Cudent , fragrantes hinc odores  
 Indolis , ac alibi nitorem  
 Fulgūrq; spargunt : Murice pulchrius  
 Sidoniorum mens rubet inclyta ,  
 Ebūrq; supra Virginali  
 Flore nitet speciosa cordiss.  
 Huic scipionis det rosa gloriam ,  
 Qualis suorum casside federat ;  
 Hinc ite susæ lilieta  
 Chloridis ite caduca dona :

Pæstanus olli flos viget impari  
Cultu; nec Hyblæ gratia svavior

Dépromet unquam comparandum

Blanda decus; violis, ligustris,

Est estq; pulchra gratiō in rosa.

Non sic Hymetti, sic nec Adonidis

Florent in agris gratiōsē

Deliciæ revirēntis anni.

Hoc litterarum flore beatior

Nullus; perennat semper amœnior;

Semper venuſtis ad voluptam

Stat folijs, agitatus illinc

Celsæ fabellis laudes & elogi.

Tunc tunc odorein spargit in ultimos

Orbis recessus, & virendo

Continuò sine fine durat.

## *INDUCTION IV.*

Satyra veteranos acuit dentes, &

Vitium specie virtutis velatum perstringit,  
atq; peccata exagitat.

Poëta: Hactenus in laudum iheatro versabatur, nunc ad viſ superiorum scenam descendamus. Carpenda enim sunt virtus à probo dente, non ad exacerbationem. sed ad emendationem. Satyra. Agam hoc, & munus meum pro virtutis conservatione implebo, dentes accuam; dum naturam & carpendi methodum produxero.

*Satyræ* est Poëma, quod aliena vitia ad emanationem falso leridoq; dicendi genere perstringit.

Imitatatur hic Poëta actiones virtiosas nunc cum vituperio, nunc cum joco; ut corrigan-  
tur. Absolvitur quandóq; integrâ narratione Poëtæ, vel etiam Dialogo, mutuisq; colloca-  
tionibus; qui posterior modus magis ad captum  
deservit. Cavendum autem, nè sordidum sit  
carmen; sed redoleat ingenuitatem. Stylus esto  
cultus, non autem nimium; ut facilior sit. Fa-  
cetiæ sint jucundæ, sed tamen urbanæ, ridiculæ,  
non indecentes. Adagia, epitheta, & metapho-  
ræ salem & festivitatem sapiant; non acerbos  
mortius. Sic satyricè latrantem stomachum,  
stomachantem gulam, gulosam culinam, plo-  
rans guttur, nidorem culinæ loco odoris, &c.  
nominamus.

Satyræ hexametro absolvitur, quod ipsum  
hic infra contra vitium facimus. Sed licet eti-  
am peccata alio carminis genere perstringere.

## CONTRA VITIVM,

*Quod specie virtutis ornatum' nocet.*

**Q**UÆ Species Vitium blandè furtiva coloreret  
Cocino, qui placeat monstru sub imagine pul-  
Tenario deformè specu, Plutonis ab udis (chri-  
Exulerat faciem vitij funesta caterva,  
Obvia facta statim vultu mortalibus horror,  
Trux caput horrendum ceu detestabile spectru.

Illig

Illico contemptum subiit, limenq; negatum  
 Gressib; hospitiū nec inepta domuncula mōstro  
 Villa dedit. Viciis, campis hoc atq; plateis  
 Cederet urbanis, stygiāsq; rediret in undas;  
 Protinus imperium tulit, ut raperetur in Orcū.  
 Audijt, ac timuit, nec adhuc bene credidit ōne;  
 Arrepto donec speculosua judice colla  
 Vidisset tetricis infamia nexa lacertis.  
 Hoc oculis etenim subjecit monstra, paludes  
 Deteriora quibus nec Averni claustra recōdunt.  
 Corpus erat squalens, sinē forma forma tumebat  
 Horridus aspectu vultus, putredine manans.  
 Ignivomi, torvi, stillantes ac tremebundi  
 Immanes oculi, tererrima frontis imago.  
 Crudelis facies, tincti fuligine crines,  
 Implexi, turpes, & spiso glomere necti.  
 Colla nigras dispersa jubar accinxerat angvis;  
 Squamea, vipereis circumdata torquibus, inter  
 Tristè flagellantes serpentū squalida caudas.  
 Horror erat visu despumans sulphura vestis;  
 Hæc artus injecta putres ambusta tegebat.  
 Cingebantq; femur serpentes; scorpio sœvans  
 Mordebat vestem, patulo sed peñtus hiatu  
 Squamiferum stygiā reperabat corde mephitin.  
 Unguis tristes quatiebant cuspide tædas  
 Dextræ, quæ fœdâ claram caliginę lucem  
 Bister inundabant; fundebat & oris Avernus  
 Sulphureas nubes tempestatemq; nocivam.  
 Trux, arrox, deformè caput, styx corpore toto,  
 Illuvia plenum; quali jam morbida turpe

231      *Pars 4. Ind. 4. Senectus Poëtica*  
Ossa scarent, inculta caro, fera, terribilisq.;  
Sic ubi se vidit, jam jam sibi credidit ipsi,  
Ingemuit, raucumq; chaos sic mugit oris:  
O Vitij Comites, o unica turba sororum!  
Quas communis amor, genus & Plutonis origo,  
Deinde animq; junxit, nunc tot commercia jugūt:  
Quā latē sparsas terrarum cernitis oras,  
Nos nisi turpe sumq; quiddā, sūt cætera pulchra.  
Sors infausta mihi frontis decus omnē negavit:  
Hinc mihi nulla domq; nullq; mihi mitior hospes;  
Hospitium natura negat, proscindor ubiq;.  
O nostri sociæ spectri, comitēsq; furoris,  
Quā sinè conjugio vestro ratione dolorem  
Exsuperem! sed adhuc placant squaloris alunæ.  
Tunc fragrētā comas, maculas detersa genarū;  
Fœda nigrū postquām linxissent carbasa vultū;  
Sic ait, & tereti crispavit verba labello:  
Gratis corriperis vano soror optima luctu:  
Consilijs devicta meis has abiitce curas.  
Fallaces hominum sensus discrimine rerum  
Sapienter; nec quid lateat sub imagine pulchri;  
Inspiciunt semper; rapiunt externa frequenter;  
Sapientis mentita placent speciosaq; furtæ.  
Magno successu speciem mentimur honesti.  
Scilicet externi delectant sapienti nitores;  
Interius quamvis scateant immania monstra.  
Ingeniosa placent furtiva tegmina laudis.  
Triste volutatis verbis parere reculat  
Sed Vitium: frustra cantatur fabula nobis,  
Furta canis jucunda quidem, sed falsa, reponit.

Nati

Nam velut è torno quamvis & eburnea colla  
Nostra forent; tamen illa meâ vitiata memphiti  
Turpius horrerent. Camarinis injice stagnis  
Comotis cycladem; retrahes fætore tremendâ.  
Non desperandum, tereti vocat ore sororem  
Fraus accincta dolis: etiam speciosior illis  
Obtendi fucus valet; ingeniosa juvabunt.  
Turpia, crède mihi placidas assumere formas  
Poste pares stellis, virtutis imagine posse  
Vestiri Vitium, multòq; decore recingi.

*Quid Vitium, quid amor Virtutis? noscere cuncti  
Non sat agunt; quando cōfundunt dextra sinistris.  
His ubi se verbis compellavere vicissim;  
Virtus ducta levi transivit in æthera cursu,  
Atq; triumphatrix gemmis auróq; decora,  
Aëra sidereo fulgens implevit amictu.  
Ut fileam pompas, comitantum mille coronas;  
Chordarumq; sonos, socias, fulgore nitentes;  
Virgo fuit nitidum distingvens murice vultum;  
Fusus in ora pudor, Charitum subière colores.  
Frons variata rosis; lambebat purpura malas;  
Instar stellarum fulgebant lumina; stabat  
Pulcher in ore nitor; spledens in corpore forma  
Migrabat; claris rutilabat Virgo pyropis.  
Ipsa suos mirè flavos crispati capillos  
Gyrabat, blandum roseis ornata corollis.  
Tota nitens, & tota poli circumdata stellis  
Virtus fulgentes jaetabat splendida yestes,  
Forma super formas, cycladis radiabat amictu,  
Alma micans gemmis Virgo plus lucida gemis.*

Sardonychas phœbōq; pares assumpta simaragdos  
**Auratōsq;** rosis cinctos induit cothurnos,  
**Cynnema** spirabat totis & balsama labris.  
**Sic** ornata leves dum crispat in aëre gyros,  
**Et** jam remigio pennaruta vecta per auras  
**Pertransit** ventos, tereti sublata volatu;  
**Aurea** gemmata in minus ejus fibula Lænam  
**Mordebat.** Pretiosa cadit dejecta deorsum:  
**Arripit** hanc Vitium, falsos geminando cachinos.  
**Abiecta** veteri, plenâ mucore, lacernâ,  
**Mox** totum corpus virtutis veste subornat.  
**Ocyus** ementitus honor migravit in ora,  
**Teter** & aspectus niveo confusus amictu,  
**Fucatiq;** novis & sic ornatibus artus  
**Nobilius** fulgent; vitium sub imagine pulchrum  
**Virtutis,** jamjam furtivum vendit honestum.  
**Sic** sub virtutum specie peccata frequenter  
**Decipiunt;** etiam vitium sub veste decoris  
**Defraudat;** serpens latitat malesanus in herba;  
**Monstrosum** blanda cubat & Virtutis in umbra  
**Sæpe** scelus; mentita dolos magè perdit Eriñys.  
**Splendida** non ratò circumdant pallia crimen,  
**Sed** a cunctis; magis mortales veste sub ista;  
**Et** patet haud omnes rerum discrimine duci.

*O D E 1.*

*Vitium amictum pallio Virtutis rual-*  
*dè noxiū esse.*

**G**randis est error, pietatis aurum  
**Fronte mercari,** nec in imo sensum

*Ferro,*

Ferre, conspectas obiter nitentes  
Solvere gemmas.

Mercium fibras nisi nundinator  
Cautius lustret; Leporem misellus  
Solvet in sacco, pretio dolere  
Queret amaro.

Nempè virtutis specie perire  
Gaudet; externo nimium colori  
Credidit quisquis: nec enim omne vero  
Pingitur auro,

Inter expostos etiam smaragdos  
Esse fallaces poterunt: videmus  
Vilius ringi Chymicâ frequenter  
Arte metallum.

Ficta non raro capit ore Virtus,  
Seq<sup>r</sup> cerussis recreat Megera:  
Anguis occulte later hic sub herba,  
Spicula figet.

Rete securam perimic volucrem:  
Tendit illustres ubi larva fucos;  
Subdolos casses cave: nassa pisces

Quot rapit una!

Nè nimis pictâ capiare formâ:  
Sub rosis hic fæx humilis quiescit!  
Sepè nix atrum tegit alba canum,

Fronsq<sup>r</sup> paludem.

O quot externâ perierte fraude!  
Quando virtutis specie refusit  
Crimen; in sertis scelus inquilinum  
Ivit honesti.

## IN CONTUMACIAM.

Quid hoc malorum? Gorgonis ergonè  
Gyrat capillos Acrisides feros?

Absconde crines heu medusæ;

I potius ruiture Perseū  
Trux in Gelonos. Illicò tunc lapis  
Phineūs rigebit; Maurus in horridum  
Montem migrabit; caucasumq;  
Surget Atlas super & Veseyum.

Tunc tunc minaci saxea fragmine

Moles, ruinam pendula de jugo

Suspendet; ibit tunc viator

Cautior, & tremebundus ora  
Tollens in altum, sœpè gradum timens  
Sister, verendas suspiciens minas:

Abrupta quondam saxa spectans,

Illa brevi ruitura credit,

Erras Poësis. Non fremit amplius

Crinis Medusæ, nullaq; jam nocent

Serpentis instar torta colla

Gorgonei furiosa monstri.

Theu fluenti Musa sed ingeme

Tristis capillo nunc animi malis;

Densata desie corda saxis;

Quæ Vitij retulere rupes.

Non sic rigebat Caucasus horridis

Perruptus antris; in media licet

Bruma gelatus, non Olympus,

Durāq; progenies vetustæ

Mentita Pyrrhæ. Nam quoties scelus  
 Mente subivit turpe proterviæ ;  
 Jam jam tremendis dura saxis  
 Plus scopulis riguere corda,  
 Nec tunc medelam suscipiet citò ;  
 Ipsi Galeno Janua clauditur ;  
 Auditor est durus Magistro ,  
 Deterius riget atq; Barro.

*O D E 3.**N O S C E T F I P S U M .*

Heus siste : passu nec tremulo super  
 Conscende nubes , nec super æthera  
 Attolle te ; sed jam stetisti  
 Stelliferis rutilans in oris.

O te beatum ! lambere cæteris  
 Terram supinam sufficit : ast Dijs  
 Salve precatus , nñ morando  
 Per superas gradieris Arces ?  
 Virtutis ipsâ pergere fémítâ  
 Sic ergò temnes ? Hæc humili pede  
 Incedit & posthac supremæ  
 Invehitur radiata sedi.

Quorsum superbo tolleris impetu ?  
 Pressurus acsi sidera poplite  
 Assurgis. Heus fulgens Olympi  
 Exsuperat tua crista culmen.  
 Plus est. Recenses , quid Tethys egerit  
 Immensaponto ; quo ruet Æolus ;  
 Pluto sub antris quid tremendis  
 Increpet , ac rabies ferocis

Quos allatrabit pessima Cerberi.

In quos Erinnys verbere sœviat

Scis; & quibus nunc instet atra

Turba flagris, Furiæq; cujus

Frangant lacertos. Et procul omnia

Futura nôris, quidq; Sybilla scit

Cumæa. Cælos incolénsq;

Astriferas properas per oras,

Lustrâsq; Phœbum, fixâq; lumina

Fulsura nôsti cuncta parelia,

Cursúmq; cæli, siderúmq;

In digitis numeras recursum.

Noscisq; quæ sint juscula Cælitum,

Et quas opimas accipient dapes;

Quis porrigat claris smaragdo

Ambrosiam Cyathis supernam.

Hæc cuncta cum sic noveris, Attice,

Te nescis. Ergo neglige inanias:

Te nosse discas. Ista doctam

Cognitio superat stagiram.

### *ET NOSCE TE IPSUM.*

Anagramma. Penè totum scies.

Inclita si mentem doctrinæ nomina mulcent,

Vel stimulis urget plurima Musa suis:

Impleat ut peccus largis sapientia gazis,

Et mens testetur nonnisi docta Sophum.

Non tibi Pieridum famosa volumina tantum

Volvantur, fusis sive Stagira libris.

Maxima doctrinæ semet cognoscere palma est:

Totum te nolcens, credito, penè scies.

*NOSCE*

**NOSCE TEMET IPSUM TOTUM.**

Anagr. *Sic motu tempus monet te.*

Nunquam sidereis excedunt cursibus astra,

Cuiq; suus motus, meta cuiq; sua est.

Ipsa scopum quamvis errantia sidera tangunt;

Absq; errore suo tramite certa volant.

Tempora decernunt, & motu tempora signant,

Confusa solum sic nisi fixa polo.

Non extra propriam decet & discurrere sphærā,

*Sic te sic motu tempus ubiq; monet.*

Nam sine scire suū qui vult celsissima nōsse,

Desipit: hic qui se noverit, ille sapit.

**LIMAX IN TESTA:**

*Lemma.* Tecum habita

Hæc domus ac hospes fidi sunt semper amici:

Quò migrat iste, statim commigrat illa quóq;;.

Ipse suas Dominus charas non deserit ædes;

Nec domus inclusum fida relinquit herum.

Ille quoq; suum tecum incolet, incola vivet:

Dum testam, vitam perdidit ille simul.

Vivere quisquis amas felix in tempore; disce

Intra te semper, disce latere domi.

Tecum habita, & nōris, quām sit tibi curta supel-

Tutiū exibit, qui latitare potest. (lex.)

**IN CONTUMACIAM.**

Ad lapides Pyrihæ mox surrexisse Poësis

Finixerat humanum cur operosa genus?

O quoties vitij surgunt è semine rupes,

Dum super aglaurum pectora nostra rigent!

Fletere nam quamvis monitores illa laborent;

Dura magis proles Deucalionis erit. Item

Turba Gigantæis dum pugnat in æthera dextris  
Saxa pro jaculis arma fuere viris.

Progenies necdum perijt deleta Typhæi;  
Dum modò tam duro certat in astra sinu.

## INDUCTIONE V.

Poëta senex instruit Drama ad mores probos,  
quod contra Vitium prodit, & attollit  
Virtutem.

Poëta. *Instruo theatrum, & quamvis Part. I.*  
*Ind. 3. exhibuerim Dramatis naturam, divisionem seu species; h c pauca producenda judicavi,*  
*qua ibi desiderantur. Drama. Age priusquam prodeam, dispone scenas. Poëta. Verum antequam theatrum scandamus, sequentia premittenda sunt:*

*Drama est representatio historiarum, seu fabularum per introducas aut fictas personas.*

Tam Tragicum quam Comicum dividitur in Actus, Partes, inductionem, Protagon & Apodosin. *Actus singulus dirimitur in scenas vel Inductiones; in quibus duæ seu plures personæ introducuntur loquentes aut agentes. Scena alia est muta, quæ solis gestibus absq; sermocinatione, aut etiam absque ullo gestu per immotas personas, affectum quæmpiam exprimentes, expeditur: alia non muta, in qua gestibus sermocinationes intermiscentur. Actus concludi solent choris, quibus moralis aliqua doctri-*

doctrina decantatur. Chorus aliquando excipiunt Interludia, eaq; jucunda, simul ac honesta, ad exhilarandum spectatorem: quæ tamen in rebus lugubribus & sacris intermittuntur.

Imparitas Actuum probatur, solentq; esse vel tres, vel quinque: plures enim molesti forent. Par ratio de scenis est, quas aliqui tot assignant, quot sunt Actus: namvis etiam ad sex & septem ascendere possint.

Ante quemlibet Actum præsentari quandoque conservaverunt scenæ mutæ illius Actus, Personis instar statuarum prostris immotis, ad competentem affectum exhibendum aptè dispositis, ita; ut nè oculus quidem moveatur. Deserviunt hujusmodi scenæ locò Periocharum, & si bene proponantur, non vulgarem habent delectationem.

## DRAMA ETHICUM CONTRA VITIUM

*Virtutis pallio velatum.*

*PROLUSIO.*

*Virtuti celo delapsa, virtuq; triumphali planata calcanti, occurrit Tempus, & accinit Peana.*

*Virtus. Telluris hospes axe descendo poli;  
Ubi perennis diluit limen nitor,  
Ignara tristis aura mœroris viget,  
Svavi rigantur imbre Divorum sinus,  
Et gratiarum nimbus æternum pluit.*

Ibi lacte rivi, melle diminant agri;  
 Plenis voluptas alveis semper fluit:  
 Abs fine manat jubilum, plausus tonant,  
 Illæque fulmen aliud ignorant plagæ.  
 Non ruga fulcat ulla planitiem genæ;  
 Æternitatis vita lœtitias habet;  
 Juventa semper innocens illic viret.  
 Ibi molestis roditur curis nihil;  
 Extorre longâ strage nescitur scelus.  
 Non dente carpit hora mordaci dies;  
 Nubes nec astris vellus inducit suum:  
 Divinus ast sol semper evibrat faces.  
 Felicitates sacra cum plausu vehit  
 Navis, recincta semper in portu rosis.  
 Pax absq; bello, candidis vehitur rotis;  
 Nec ullus unquam Martis aut umbræ metus;  
 Et criniuntur inclytæ gemmis domus.  
 Illinc in istas venio telluris plagas.  
 Iram quòusque terra lassabis Dei?  
*Calcar.* Expertæ toties fulmen in pejus rues?  
*Vitia.* At vos catenas spectra mœroris jugum  
 Et merita mortem, gemite viætricis pede  
 Calcata, digna semper æternum malo.  
 Jam sanctiores Incolæ Mundi date  
 Pæana; date pæana mortales mihi.  
*Tempus.* Vehenda solis effedo virtus ave,  
 Palmis, trophæis, laureis clarum micans,  
 Quæ jam domatâ dexteris refers styge.  
 Cælis amica, dotis omnigenæ parens.  
*Caputque* Divis æmulum, Mundi jubar,

**Titane majus lumen in terram vibras,**  
**Noctis Choraulis Cynthiæ, facibus poli,**  
**Fulges nitentis ædibus cæli magis.**

**Virtus.** Agite tripudia, gemmeis nomen stylis,  
Sulcate nostrum. **Hora 1.** Vive cælorum decus.  
**Hora 2.** Assurge victrix semper, & Vitiū preme!  
**Tempus.** Pæana Comites, vota virtuti date,  
Palmasquè cælum ferte viætrices super.

*Tempus cum horis alternatis*

**Laureatis plena fertis**  
**Jubilis proœcta virtus,**  
**Vincta palmis colla tende.**

Iò triumpha!

**Tænari confurge viætrix**  
**Cladibus! quassa paludes,**  
**Quæ stygis vehunt carinas.**

Iò triumpha!

**Plus rubinis purpurata,**  
**Sardij crinita gemmis,**  
**Mille cincta margaritis,**

Iò triumpha;

**Tu per astra plus ephæbis**  
**Siderum ditata stellis,**  
**Per polares vecta sedes,**

Iò triumpha!

**Quâquè flexit sol quadrigam,**  
**Vertit & quò Luna cornu,**  
**Turba lucet quo ministra,**

Iò triumpha!

**Mollibus rotata gyris,**

Svave circinata flabris,  
Et per auras ducta plaudet,

Iò triumpha!

Imbre depluant decenti

Gratiæ, saltentque rugæ

Montium, plaudentque lymphæ;

Insonet aura.

Grandina nimbos rosarum,

Liliorum sparge lanam

Flora plenis huc quasillis;

Dic iò Pæan!

Huc nitentes provocatæ

Uniones & corollas,

Mille siderum Choraulæ;

Dicite, Pæan!

Aura fragret occupata

Nubibus plusquam sabæis;

Flet Favonius satelles;

personet æther.

Orbis incolæ triumphos;

Æquoris tives triumphos;

Consona cælum triumphos:

Dicite, Pæan!

### P R O L O G U S

Futuram rei seriem complectitur, & Auditori  
Offert.

Commune terris dabimus in scenam nefas,

Mentita Vitij labra furtivum decus

Taxando. Velat prava figmentum boni,

Et surpituudo sapè fallaci capie.

Formâ, nocentq; sceleras sub fuso magis:  
 Fraus hæc frequenter picta cum lucro reddit.  
 Exosa mundo Vitia sic etenim placent;  
 Fucata quando pallium recti gerunt.  
 Spectate, Vitium perdet h̄ic larvas brevi:  
 Quod ubi severostangimus meritum stylos,  
 Elogia vestræ digna Virtuti damus.  
 Adeste faciles; Actus hic vobis patet,  
 Et in tributum scena cortinas levat.

## ACTUS I. SCENA I.

Vitium dæto classico evocat suas cohores contraria  
 Virtutem.

Vitium. Huc me severus cœca ductum per vada  
 Acherontis undis extulit nigris furor.  
 Quid video? pulchri liberas Orbis plagas.  
 Titana squalens noster aspectus subit,  
 Carbo genarum fulgur ad cæli tremit.  
 Insvera quod non ora perstringit jubar?  
 En blanda mundi candidat facies nive,  
 Et culta formis mille laudandis nitet.  
 O quæ venustas Orbis, & Charizes humi!  
 Hic pulchritudo lambit immensum juga,  
 Decor decorem semper & comit novum;  
 Hic absque nube mentis illucent faces.  
 Fulgore quanto turba mortalis micat!  
 Quam sustulit sublimè Virtutis nitor.  
 Solūmne tristis ergo me squaloreger?  
 Non patiar: etiam multa me stipat cohors.  
 Adeste, adeste monstra Tænarij specus.  
 Guia. Quis de cavernis evocat clamor Stygis?

*Vitium.* Huc huc sorores ferte deformes ave.  
*Invidia.* Et te prehendo. *Avaritia.* sceleris ô  
 salve Parens,

*Fraudum Magistra:* prome, quid placitum, jube.  
*Vitium.* Hæc ergo nobis segnis occumbet dies?  
*Temnenda non est hora,* dum tempus favet:  
*Momenta sapè terminum rebus ferunt:*  
*Anni frequenter pendet in puncto labor.*  
*Agite cohortes,* classicum Martem ciet.

## ACTUS I. SCENA II.

*Fraus animat Vitium ad rapienda Virtutis pal-*  
*lia, larvasq; Honestatis.*

*Fraus.* Quousq; tandem dormient altum doli,  
 Et pigra vacabit addere insidias manus?  
*Adeste Vitia,* tergite genarum luem.  
*Vitium.* Pæana latret Orcus, & rabies fremat;  
 Rubigo lambat colla; funereum caput  
 Incingat angvis vellus, & nectat comas:  
 Jam enim fatiscit terra sub monstris stygis.  
 Ultrice Virtus dexterâ nostrâ cadat.  
*Horrenda cæco* provolet Legio specu.  
*Serpentiumq;* sœva concutiat jubas  
 Invidia; cingat turma concomitans latus.  
*Fraus.* Frustra est, peris; si futilis jaëtes minas.  
 Exclusa m'ndo Vitia sic lessum canant.  
*Ridendus absq; viribus* jaceat furor.  
 Armis nihil si proficis quidnam minis?  
*Cùi resistere nequis,* illum ne incites.  
*Nè temne fortes;* instat exitium grave.  
*Suspice timendos;* facile dejectos prement.

Excel-

Excelsa metue; nî miser perdi velis.  
 Potentiori nè obijce imprudens caput.  
 Robusta Virtus Ditis explodit minas.  
 Conflige fraude; quando Mars impar nequit:  
 Dum præstat hostis viribus, technis age.  
**Vitium.** Sed mille Virtus facibus obtutum regit,  
 Quis fraudet illam? perspicax oculos habet,  
 Custode plures clara Junonis ferens.  
**Fraus.** Effinge faciem sanctitatis, quâ cares.  
**Vitium.** Cujus nec umbram refero, qui fingam  
     bonum?  
 Sultæ nocere plurimum fraudes solent,  
 Sed sibi: dolosi prosperum sperent nihil.  
**Fraus.** Animum pavore libera, remove metū.  
 Contagiosum cinge sapphiris caput,  
 Orna lmaragdis; gemmeis largè jubam  
 Connecte filis; lividas pietis genas  
 Larvis adorna: ut placeat astutum decus.  
**Homines pretia frequenter externo dare**  
 Solent decori: quid lateat intus, minus  
 Curant; in hoc & sæpe virtutem locant.  
 Istius ergo rapere si vestem nequis  
 Totam, rape parùm: Larva carbonem tegat  
 Sævum genarum. Sic frequens jacta dolos:  
 Effinge voces; verba vix medijs labris  
 Mellita fundens elqua tanquam melos;  
 Fucata tenero dicta supplantans preme  
 Etiam palato; fige cum numero gradum;  
 Oculos decenter subdolos gyrans rotâ;  
 In mille fraudes, vocis ad tonitum caput

**D**ispone; nigras pinge cerussâ genas:  
Binæ vacare nesciant astu manus.

**C**eu stentor essem, buccina quamvis tubis,

**H**æc juxta amissim cuncta Virtutis regi.

**V**itium. Bene est, abundè est. Vicimus. Fraudes  
placent.

**T**egere lacertos pallio recti juvat.

*ACTUS I. SCENA II.*

**V**irtutis Genie exhibet se Vitium, cuius ille hor-  
worem detestatus abit, fulmina ab alto vibraturus:  
**S**ed Vitium raptim ejus pallium capit, dum so-  
bam prehendere nequit Virtutem.

**G**enius Virtutis. O quæ palude Ditis effusa lues  
Inundat Orbem, & nocte denigrat diem!

**Q**uis ater umbras squalor ejecit specu?

**L**ucis serenam sepiâ maculat faciem

**C**aligo, tristi cincta mucorem peplo,

**I**mmanè fumat aura, fluctus & rotat;

**Q**ualis in averni navigat fœtor rate.

**V**itium. O Dive salve. *Gen. Virt.* Terror actu-  
tum fuge.

**V**itium. Admitte Genij, Dive cultorem tui.

*Gen. Virt.* Infame spectrum! tunc cultor? quin  
fugis.

**V**itium. Quorsum? nisi tuum pervolem in cul-  
tum. *Gen. Virt.* Meum?

**V**itium. Tuum. *Gen. Virt.* Quid Erebigermen?  
In barathrum fuge.

**E**rgo mei te jamq; cultorem facis?

**A**page, ruinas in tot insanis meas.

*Vitium.* Nè Dive cultum vel voluntatem minax  
Contemne; nōmen dulce clementis cole.  
*Jugiter* habenas terra mansuetas amat,  
*Gen. Virt.* In vitia pectus ferreum cæli volunt.  
I pestis: à te præter opprobrium nihil  
Restat, quod optem. *Vitium* Debitas laudes canā  
*Gen. Virt.* Quid oblatrabis? *Vitium.* Me tuo ve-  
stī peplo.

*Gen. Virt.* Mortale, bellua turpis, ut perdas  
Genus?

*Confinia bonum nulla cum Vitijis habet.*

*Vitium.* Quid anxiaris? larva non rarò placet.

*Gen. virt.* Et sic supremū Vitia non cautis no-  
cent.

Dolosa subito nassa conspectum fuge.

Per mille clades ibo, per strages ferar

Tuas, coronam Victor & sertum tenens.

Adeste superi, vitia pellantur loco.

*Vitium.* Adeste sociæ. *Gula* Rete tendatur procul

*Gen Virt.* Funesta noctis monstra fulminibus  
cadent.

*Vitium.* Huc huc silentis vulgus acceleret stygis:

Virtutis alacres diripite sociæ togam.

*Invidia.* Fugientis ampla spolia probitatis tuli.

Io! triumphos reboet inferni plaga;

Concussa tristes plaudat exultim jubas,

Quām bella vestis! *Vitium.* Fraudib⁹ pateat loc⁹.

#### *ACTUS I. SCENA IV.*

*Fraus* adornat *Vitium* pallio *Virtutis*, & comit.

*Fraus.* Bene est adeste Vitia. direpta est chlamys

Oris fluentem larva squalorem tegat;  
 Rotet severas artifex ungvis iubas;  
 Fuligine nigros nivea Virtutis cyclas  
 Ornet lacertos, blanda per corpus fluat;  
 Referat honesti nomen inscriptum sibi,  
**Et quidquid omnes** svave Virtutes habent.  
*Vitium.* O me decorum! Gratias mecum gero.  
*Gula.* Fluxere Charites in tuas cunctæ genas.  
*Avaritia* Poniū mereris Paridis, & formæ jubar.  
*Invidia.* Jam pulchritudo det tibi vietas manus.  
*Vitium.* Pluto nec ater pignus agnoscer suum;  
*Stygis* inquilinum me neget custos trifaux.  
*Quid?* Nox mihi parens me suam sobolem putet?  
 Plus sole niteo; lacteâ melius viâ  
 Candesco; vultum Cynthia nec auget parem.  
 In me migrârunt æmulæ stellis faces.  
 Sic sic venusta pando, sic flesto labra;  
 Sic lambo summis mollè vix plantis humum;  
 Sic fraudulentis cuncta libertas patet  
 Oculis; lepores oris ac frontis vibro,  
 Malas dolosâ purpurâ tintas gerens.  
 Sic circulares gyro cervicis jocos,  
 Et verba tereti spiro confingens labro.  
 Refero decores, Gratias omnes fero.  
*Gula.* Jucunda sanè forma! *Vitium.* Lateamus  
 parum.

*ACTUS I. SCENA V.*

*Genio Humano occurrit Vitium adornatum, &*  
*seducit incauim.*

*Gen. Hum.* In fræna quisquis indolem cogis meā;  
**Quis-**

Quisquis & honesti tramitem monstras comes;  
Rector decoræ quiq; Virtuti præs;  
Descende custos, ductor ingenij polo.  
Intima venustum nostra Justitiæ fibra  
Amet. decorâ, quâ ferar, doceas, viâ!  
Stabo minister, Cælites, vobis cliens  
Totus litabo, Numen æternum colens:  
Docete, Virtus quâ regat felix iter:  
Prospera volabit cultibus vestris ratis.  
Inflatæ vela, semper & Zephyros date;  
Festiva vobis ferta sub portu cadent.  
Celeusmati Pæana conjunctum canam;  
Amplas litabo victimas; Divis pium  
Vobis tributum fervidâ ponam manu.  
*Vitium.* An me requiris? *Gen. Hum.* Et quid es?  
*Vitium.* species boni.

*Gen. Hum.* Bonum sed ipsum cupio. *Vitium.* sat  
species habet.

*Gen. Hum.* At plūs honestas ipsa. *Vitium.* vir-  
tutis satîs

Permulcet umbra. Tectus hâc felix jacet.  
*Gen. Hum.* Virtutis umbris gratius fulget jubaro.  
*Vitium.* Hoc est Deorum; lucis hi fontes habent.  
En, me quis ambit fulgor, & quantum decus,  
Virtus, honestas, forma par cæli plagis.

*Gen. Hum.* Incurre dextras, me tui nutus regêt.  
Imperia felix quisquis hæc unquam tulit!

*Servire magna portio Regni bonis.*  
Ergo Anime lætos duc dies: tuta est salus.  
*Vitium.* Pæana Comites euge deformes date:

*C H O R U S.*

*Canit Vitiū specia Virtutis amictū valde decipere.*  
Procumbe cæsa Fraudi  
    *Victima, jam perīsti;*  
*Decus latere tantum.*  
    *Quisquis in ore credis.*  
*Ex fronte nundinaris*  
    *Si probitatis aurum;*  
*Fraudatus heu! dolosā*  
    *Decipula jacebis.*  
*Non semper omne gemmam*  
    *Quod nitet esse, nōris.*  
*Fucata sæpè Virtus*  
    *Mille retendit astus:*  
*Cerussa frontis atras*  
    *Sæpe regit Megætas:*  
*Hic angvis est sub herba,*  
    *Spicula dira figer.*  
*Sed heu! sub hoc venena*  
    *Tegmine sæva perdunt,*  
*Incauta totq; larvis.*  
    *His capitur volucris.*  
*Illustris ora fucus,*  
    *Velat & intus Hydras;*  
*Ornata veste recti*  
    *Dum vitium subintragat.*  
*Nix claudit alba cænum,*  
    *Fronde lacus teguntur:*

*Defor-*

Deforme sed nec istis  
Ingenium peribit.

### INTERLUDIUM Fraudes venales.

#### ACTUS II. SCENA I.

*Genius Humanus Larvâ Honesti deceptus, à se  
repellit censorum Virtutis Genium.*

*Genius Humanus. Anime faventes te decet Ze-  
phyros sequi.*

*Quidquid agis, inter ista si numeres, licet:  
Pectus replesti dotibus; paveas nihil;  
Oculatus Argus cum tibi semper vigil  
Species beata. Prosperam calcas viam,  
Felicitatis certa quæ monstrat juga.  
Mens tibi serena; gemma Virtutis sinum  
Illustrat; almâ candicas totus nive.  
Tu tibi tribunal, arbitrum nullum velis.  
Quivis penates opimè noscit suos.  
Gen. Virt. Nè crede: propriu sepe pessumdat  
nimis*

*Amor; Catones respuit, plaudit sibi,  
Et blandiori corda demulcens flabre  
Seducit. O quot perdidit! prudens cave:  
Quisquis perire vult, nimis fidat sibi.*

*Tantummodo sibi credere, est velle opprimi.  
Dementat animos proprius phileris amor.  
Versutus ipse, cacus, & quando minus  
Timebis, ejus perdet incautum lepor.*

*Gen Hum. Nullus benigno suspicit vulnu malum.*

*Gen. Virt. Perspè proprius ex malo rectum facit  
Amor, venena cordis inficiens fibras,*

Q.S.

*Gen. Hum.*

*Gen. Hum.* Non est timendum, quando me Virtus fovert.

*Gen. Virt.* Virtus pavoris ficta permultum gerit.

*Gen. Hum.* Sed innocentis sorte Virtutis probor  
Securus; ejus calculus tutum facit.

*Gen. Virt.* Sincera Virtus fraude vel minimâ  
caret:

*Mens aqua nescit oculere fibris dolos.*

*Edicta factis, corda conformat labris.*

*Larvata sed te sæpius capiunt bona.*

*Externa multis toxicum species fuit.*

*Inspice sinum: fulget æquali face,  
Applause; contrâ, noxium colubrum time.*

*Dirum sub herba spiculum serpens vibrat.*

*Gen. Hum.* Apage, quid anxiatis, ingratum canis

*Gen. Virt.* Jamjam ruina proximus stabit miser;

*Quicunq<sup>z</sup>, fugiet monita, temnens ducem:*

*Perire velle est, nolle censorem pati.*

*Gen. Hum.* I, ferre talem nolo nec possum quidem.

### ACTUS II. SCENA II.

*Genius Humanus* necdum se deceptum agnoscens,  
dum *Vitia execratur*; ipse larvatus à *Satyra* ar-  
roditur, cui frustrâ conatur excutere dentes.

*Gen. Hum.* O *Vitia*, terræ monstra, Virtutis neces!

Horrenda vestris spectra mortales, ruant  
Prostrata telis; agite, perdantur simul.

Tristi sonate classicum semper tubâ:

*Venena mundi ferreâ occumbant manu.*

*Satyra.* Et tu quoqsq; subdolam larvam feres?

*O te venenum dulce, dum lactas malum!*

Illustre fucis quamdiu labrum teges?  
 His visne blandis ergo figmentis capi?  
 Adverte falsum, quod nimis jaetas decus.  
 Ergone perire fraudibus tantum placet,  
 Cupidaque verum nec rapis dextra bonum?  
 Manusne superum vindices in te miser  
 Coges? feretne Numen hanc larvam diu?  
 Quid volvis animo? quid sapis? Iustra sinum.  
*Gén. Hum.* Tace: feroci dente corrodes caput;  
 Apage, sagittas conde feralis labri.

*Satyra.* Ferale vitijs, sed jubar recti colit.  
 Non rodo dotes, mille quas Numen dedit;  
 Nec innocentes carpo sine fuso fibras:  
 Vitiata telis corda transfigo meis.

*Virtutis auro fulgidus nunquam nitet;*  
*Quicunq; plumbum sceleris in fibris alit.*  
 Peccata quamvis gemmeis ornes stylis;  
 Licet pyropis ambias; caris licet  
 Cingas smaragdis, & diu, noctu studens  
 Comas; licet si candido pingas frequens  
 Colore; jungas lacteis minium genis;  
 Fingas, refingas more virtutis labrum.

Semper manebunt atra, nec genio cadent.  
*Nam pulchra nunquam Vitia spectabit solum:*  
 Si credis esse! tibimet interitum paras.

*Quicunq; querit nectar hac specie boni;*  
*Dulci venenum melle confusum bibet.*

*Gen. Hum.* I spina mentis, dente mordaci rabis,  
 Excussus ille cautiùs doceat loqui.

*Satyra.* Naturâ dentes in vitia nobis dedit;  
illos

255      *Pars 4. Ina. 5. senectus Poëtica*  
Illos medelæ servo, nec vulnus volunt.  
*Stridere contra Vitia, nos omnes decet.*

*ACTVS II. SCENA III.*

*Satyra è Spelao, & Philosophia è subsellio perstrin-  
gunt Genium Vitio indormientem, seu fulcipientem,  
brachio caput supra Vitij humeros.*

*Satyra.* O quanta species oris & mentis jubat  
*Cinxere Genium!* sed etiam larvas refert;  
Infaustus illis omne depravat decus.

*Ni tota nitetar, esse jam Virtus nequit.*

*Quodcumq; navus inficit cordis, malum est.*

*Constatere causis integris volant bona.*

*Eheu! fideles neniae mecum date:*

*En Genius inter Vitia miserandum jacet,*

*Stentitque. sic non pellitur pravum malo,*

*Sed crescit, atq; consequi pejus solet.*

*Cæpere si quem Vitia, defraudant quoq;.*

*Etiam virentes integunt rami lirum,*

*Gemmaq; maculas corporis velat cyclas.*

*O quanta sceleri fraus inest, quantum nocet?*

*Titulara sapè decora non paucis necem,*

*Tulere gravia pluribus vita mala.*

*Tunc tunc Erinnys squalidas pectens jubes*

*Plaudit; tremendum viperis cinctus boas*

*Pœana spectris Orcus, & vitium sonat*

*Crudum triumphos; Livor horrendum fremit;*

*Gaudens remugit Ira lethali tubâ;*

*Immurmurantes insonant Erebi greges.*

*Quoties superba vestibus recti tument*

*Peccata; tristem jam dies luget diem.*

Vela-

Velatur immo lucidum Phœbi jubar,  
Pullo dolores & peplo prodit suos.  
*Sed non perennat, fraudibus quidquid stetit:*  
*Eternitatem vera nam Virtus habet.*  
Exacue dentes Cynica, & in Vitium vibra.  
*Philosophia. Nescit jacere sordido Virtus sis;*  
Nec fraudulentis integit limbis comas;  
Nullum superbi scit pati sceleris jugum.  
*Sed quid decoris vendicant fraudes locum?*  
Fucata species haec ut incautos necet?  
*Satyra. Quo suaviora philtora, tanto plus premunt*  
*Dulcedo sceleris pharmacum renuit pati.*  
*Cerussa vultum quo magis pingit, nocet.*  
*Philosophia. Ite vitiosæ fabulæ mendax honor.*  
Primæva redeunt, larva non stabit diu.  
*Satyra. Huc sancta prodi Veritas, mentis nitor,*  
*Virtutis auxtrix, & parens veri boni.*

*ACTUS II. SCENA IV.*

*Veritas Genio adhuc larvato pandere nititur*  
*fraudes Vitij: sed repellitur, Virtute gemente.*  
*Veritas. Bullata, Vitium, decora quid vultu geris?*  
Abijce dolosum, pone gemmatum peplum;  
*Depone Larvam. Frontis horrorem teges?*  
Ultrix malignos semper in technas ferar;  
Sincera præter, quid alia placeant bona?  
In colla sceleris vindices stringam manus.  
Ex fronte fucos tolle mendaces nefas:  
Non est perenne, quod refers oris jubar.  
Ne fraude tingas pectus, ut celes malum:  
Per se mephitin turpis exhalat lues.

*Virtus.*

Virtutis hostis pone velamen boni;  
 Et te Megæræ tristis horrebit juba.  
 Repone furtum, vestis hæc te non decet:  
 Tenebrio lucem cerne: quid solem fugis?  
 Caligo Vitijs ergò tantoperè placet?  
*Sincera Virtus lucis exambit jubar.*

*Genius.* Molesta quid sic in boni speciem tonas?  
 Animus per amplam noster exoptat viam;  
 Nec in catastas natus, includi cupit;  
 Nunquam catenæ nexibus stringi potest.  
 Hoc ipsa mentis Diva libertas jubet.  
 Austeræ Pietas anne durabit diu?

*Longævanon sunt, qua truces cogunt minæ;*  
*Violenta rapido sapè tolluntur pede.*

Humana renuit indeoles durum pati.

Nunquam perennat, si gravis Virtus fuit.

*Veritas.* Semper perennat, nec gravis Justo fuit.  
*Genius.* Ad vota mentis illa laxari solet.

*Veritas.* Sed in ruinam, nomen & perdit suum.  
 Quisquis recusat ejus ad leges regi,  
 Peribit. *Etiā ducibus & fortes egent.*

*Genius Appage,* retundat dentium ipinas lapis;  
 Fer ipsa morsus, acrè quos figis mihi.

*Virtus.* Infaustus heu! qui raperis, o cohibe truces  
 Mentis furores; per doma cordis focum;  
 Compescere pectus; impetus animi preme:  
 Quando Magistrum relpues, miserè cades.

### *ACTUS II. SCENA V.*

*Fraus plaudit, & accinit ob repulsam verita-*  
 tem-

rem; & dum illam, Fraudem nimirum, liberius  
sequitur Genius, incautus incidit in periculosos  
laqueos, quos vitium extendit.

*Fraus.* Id! triumphos canite Tænarij specus:  
Boentque grandi spectra mugitu stygis.

**I**Ncolæ cœcæ paludis  
Colla subligant cupresis;  
Se furor circumdat alnis,  
Mugit & orcus.  
**F**ronde Cedri difluentes  
Ira colligit lacertos  
Induit rhamnos Erinnys,  
Personat antrum.  
**I**ncrepat styges triumphos,  
Cerberus latrat triumphos,  
Insonat terror triumphos,  
Frausque triumphat.  
**F**iætilis Charon cupressis  
Squalidam cingit carinam,  
Et rates carbone tergit,  
Murmura currunt.  
**E**vomunt manes trophæa,  
Et canunt pæana larvæ,  
Affonat, recurrit Echo:  
Spectra triumphant.  
**F**raus doloto vicit ore,  
Vicit & sinceritatem,  
Pallijs amicta pulchris  
Blandula vicit.

259      *Pars 4. ind. 3. sene&lt;ius Poëtica*  
*Genius Hum.* Age, lætiora nænijs spretis sequar.  
O quot lepores, gratias quantas resers!  
Jam veritatis asperas nimiūm scholas  
Quid anxius amem? nolo tam rigidam Duce*m.*  
*Fraus.* Bene est. Magistrum sibi, gravem quā  
nam ferat?

Si placebo; medium fieri ter nunquam tene  
Duo inter extrema: quis enim semper potest  
Durare? Paucorum, insequi plures velis.  
*Gen Hum.* Et hoc beatum. Quā viā duces? sequar  
*Fraudem insecurus,* Ergo fugies? subsiste, sta,  
incidit in casses.      firma gradum.  
Perij Volueris, Fraudis in laqueos rui!  
Adeste superi, pōrgite jacenti manū.  
*Vitium.* Addisce nostra ferre juga, vinc̄tus jact.

### CHORUS

*Nullum ficta Virtuti successum pollicetur.*

**I**nteris, nullam meritara laudem,  
Quæ geris fucos, probitas in ore:  
Occidis quondam miseranda toti  
Fabula mundo.

Cum Themis sacrâ trutinat bilance  
Fraudis integrum, rapit inquilino  
Crimini larvam, jubet ac Honesti  
Ponere vestem.

Tunc regi cœnum nivibus revelat,  
Intus obscurum latitare spectrum,  
Et lupos mitis nitido sub agri  
Vellere prodit.

Pone jam fraudes Vitium ministras  
Nulla sub larvis pietas perennat:  
Veritas certam retinere Lænam  
Sola valebit.

Cordis immanes aperi recessus;  
Evomet tristes animus mephites  
Turpis erumpet simulatus astra  
Fucus in auras.

Verme manantes Vitium revelet  
Pectoris fibras; maleferiata  
Monstra prodibunt; furiosus angrys  
Spicula mittet.

Ipse fœtebit sinus instar antri;  
Quale Plutonis specubus Megæram  
Clausit, & cæco saniem sub Orco  
Spectra resorbent.

Pone mendaci nocitura fuco  
Larva Virtutis veneranda peplum:  
Nec diu plaudes. Ità ficta virtus  
Nulla perennat.

## INTERLUDIUM.

*Astus redit in Authorem.*

### ACTUS III. SCENA I.

Genius Virtutis in vectus in Velamen Virtutis; illud à Genio Humano removet; eum à fraudulenter laqueis expedit, speculi prius indicio ostensæ surpitudine mali, speciem mentiram induit.

Genius Virtutis, Dolosa tandem ponet in-  
tegmen boni

R

Facies

Facies, remotis fraudibus pandens labrum.  
 Et Vitia pietas quamdiu larvas ferent?  
 Jam provocastis scelere Divorum minas.  
*Sint sera quamvis tela, qua spargit Tonans;*  
*Ast tarditatem serium posthac sat is*  
*Fulmen rependit; stat vigil semper manus*  
*In nos polorum; cuncta scrutatur Themis.*  
 Effusa quondam grando telorum cadet,  
 Et vindicem cruore potabit gregem.  
 Depone Larvam, turpe quam Vitium geris:  
*Purpura thronusq; simiam nunquam decent,*  
 Multò minus te pulchra Virtutis toga.  
 Et flende lachrymis Anime, latitantes dolos  
 Hoc teste speculo cerne; nec jacta gēas. (nimis.  
*Genius Hum.* Quid video? deceperē me Fraudes  
 Proh terror! quēis obtegor larvis, miser!  
 Effuite fuci, subdolus fugiat decor.  
*Gen. Virt.* Primæva redeat forma, mentis & nitor.  
 Depone casses; non feres ultra jugum:  
*Nos sancta cordis namq; libertas decet;*  
*Quæ vinculari nexibus refugit mali.*  
 I, sequere; Vitium fraudibus nudum vide.

*ACTUS III. SCENA II.*

*Genij Virtutis & Humanus animant magis Veri-*  
*tatem & Satyram contra larvatum Vitium.*  
*Gen. Virt.* Adeste mecum; concidat telis Icelus.  
*Gen. Hum.* Ciete bella, classicum litui sonent;  
 Vitijsq; clades & neces, Divi, date. (cadet.  
*Veritas.* Adiūc. *Satyra.* Severas in vepres Vitium  
*Gen. Virt.* Agite, sonate bella. *Gen. Hum.* Jam  
 Fraudēs ruant. *Veritas*

*Veritas.* Et vermis ille, qui fibras rodit sinūs,  
Terribilis instet impiger Lector mali;  
Imūm cruento dente dilaniet dolos.

*Satyra.* Nīl hīc morandum, restat infirmus labor  
Tollendus ori fucus, & superest nihil.

### ACTUS III. SCENA III.

*Vitium* dum se jactat, aggrediuntur *Veritas* &  
*Satyra*, detrahūtō, larvā & palliū emētitae *Virtutis*.  
*Vitium.* Devictus Orbis serta suspendat mihi.  
Vici, jacebat sēpē sinceræ parens  
Virtutis atro culta nec quidquam situ.  
Io triumphos subditæ reboent plagæ.  
Sed veritas, quid fraudis aspectum subis?

*Veritas.* Egone fugere discā? fuge dolosū caput;  
Simulata remove vela: non jaētas tua.

*Vitium.* O misera! Honestatis quis auferet jubar?

*Veritas.* Ego. Quid atrum sic tegi spectrum ferā?

*Vitium.* Fuge. *Veritas.* Prior æquitate te fugiam  
probrum?

*Satyra.* Fugere nefas est; stare me ratio jubet,

*Vitium.* Vibrare dentes invidus tanquam canis,  
Causa nequit æqua, sancta vel dici bona.

*Satyra.* In lcelera, fraudes, ut fremā, seper decet.

*Veritas.* Infame lucis non teges radijs caput,

Diventilatum fraudibus, plenum dolis;

Lenopietatis prædo sinceri boni,

Bullate raptor, larva crudelis fuge. - (bonum)

*Vitium.* Imō fuge, neq; corrode, quod nescis

*Veritas.* Ignoro fictum & perfidum, verum scio;

Sed te scelerum, merge lethalem facem;

*Depone larvas, pone virtutis decus.* (do!  
*Vitium.* Huc huc cohortes; urget hostis jam occi-  
 Abiit amictus frontis & fulgor genæ!

*Veritas.* Jamjam decorum sustuli Vitio, perit.

*Satyræ.* Pæana cælis millies Orbis sonet.

*Vitium.* Quis me cavernis occulet nigris humis?  
 Me terret ipse turpis aspe<sup>c</sup>tus genæ.

### ACTUS III. SCENA IV.

*Genius Humanus* ridet, & sannus persequitur Vi-  
 tium, larvâ honestatis spoliatum.

*Gen. Hum.* Solis nitentem larva jam lucem subi;  
 Incurre vultus; omnibus prodi jocus,  
 Justusq; mundi risus, ast squalens malum.

Informè spectrum, quām ore jacularis gravem  
 Laxo mephitin, & labris saniem spuis.

Quorsum migravit ille cincinnus pili?

Ceu viperarum tristè gyrantur comæ.

Ubi sunt decores? interi mundi lues?

Impunè petulans opprobria centum subi;  
 Auge cachinnos calva sinè fuco gena.

*Vitium.* Meter quaterque millies miserum caput!

Squalens inumbror, pectus incultum jacet.

O sœva, quæ me pœna funestum trahit!

*Gen. Hum.* Quorsum lepores, quò labri fugit  
 lepor?

Ut ecce paller oris exangvis color;

Immanè pellis corpore exsucto riget;

Tempora cavernis bina merguntur suis;

Oculi lacunis prorsus absorpti latent.

Sternite scelestum, cingite catenis pecus.

### ACTUS

*ACTUS III. SCENA V.*

*Geniq; Virtutis victore pede calcat Vitiū, & penitus conculcat.*

*Gen. Virt.* Virtutis hostis impiæ proles stygis  
Succumbe; tolera, quo premit victor pede.  
Perferre disce meum licet nolens jugum;  
Devieta tandem pestis ad plantas jace;  
Fer vincla, præceps exilia spectrum subi.

*Vitium.* Intereo, funere victimæ cruento cado.

*Gen. Virt.* Immane clades inter atroces rue,  
Occumbe monstrum, nec plagis terræ noce.  
Palmâsq; Virtus jaëtet æternum suas.  
Dicite triumphos, Cælites plausum date:  
Pæana Gentes canite Virtutis faci.

*CHORVS.*

*Accinit Victoriæ Virtuti.*

*Primus.* Alma Virtutis modulare ferta,  
Diya vietricis cane Musa lauros;  
Mille palmares numera triumphos,  
Parta trophæa.  
Frontis augustam cane terra lucem;  
Æmulo cælis pietatis ori  
Plaude; dum turpes Vitij phalanges  
Agnine stravit.

En, jacet nexis domitum catenis  
Impium; Ditis trepidant cavernæ;  
Fræna Plutonistumido illo cantur  
Ferrea collo.

Subdoli fraudum pereunt lepores;  
Clade sub dira titubat Megæra,

Incubans stragi; fugiendas terras  
Lambit Erinnys.

**Secundus.** Laureata tende Virtus  
Mille sertis plena colla,  
Plaude viætrix, & triumpha,  
**Cincta palmis, vineta lauris, mille fulta floribus!**  
Vive, surge, per trophæa  
Ambula victoriosa,  
Altior tellure scande,  
**Te per auras, te per astra viæta laudent funera**  
Turba cæli te ministra.  
Te Poli laudent choraulæ;  
Et tuos humus triumphos

**Jaæter;** Orcus contremåtq;, te sonentq; sidera.  
**Tertius.** Viætrix jam pietas stet super æthera  
Exornet spolijs inclyta dexteræ;  
Insistat domitrix crimina proterens,  
Conculcet stygiam sancta potentiam;  
Inneqtat nitido tempora lilio;  
Incingat rubeas & manib; rosas,  
In plausus abeat; Vivat io potens.

## INTERLUDIUM.

### EPILOGUS

Detracta Vitio pulchra jam species jacet;  
Turpes reliquit perditum technas caput,  
Et nostra vestris fluxit ad portum ratis  
Favonijs. Jam seita jam puppi damus;  
Caninus celeusima: gratijs vobis quóq;  
Litamus. Inter fausta pro votis fluant,  
Quæcunq; vultis, cuncta pro nutu precor.

CHORUS

## CHORUS Post Partem IV.

V I T Æ P O E T I C Æ.

*Celebrat pietatem, & virtutes Heroicas Magna-  
rum & Nobilium Regni Hungarie.***A**uguste Princeps, Gloria Cæsarum,  
Tuis onamus Pannonis inclytos  
Fortesq; Cives: o canenti*Magne fave LEOPOLDE vati.**Tuiq; dicent barbita fulgidos,  
JOSEPHE nostri Delicium Throni,  
Regni Curules, Nobilésq;;**Tot Proceres, Patriæ columnas,  
Heroas amplis ergo sat Hungaros  
Camœna metris prændere cogites?**In gloriæ tot qui theatro**Pannonicò retulere palmas.**Quæ docta grandi Musa volumine  
Per se canoras dicet adoreas?**Et pace, bello parta quis sat**Magnificè recinat trophæa?**Præclara tantæ lumina Patriæ  
Nunquam sonabunt barbita congruè:**Nam pro Deo, Pro Rege, Regno**Inq; toga, inq; fago celebres**Fulsere Cives Scipiades super,  
Super Camillos: qui decus elogî**Aetus tot inter bellicosos**Sangvineis meruere rivis.**Quæ liberales plectra canent manus?  
Augusta vestro templo quot Hungarus*

Miratur Orbis structa sumptu,  
 Cælitibus positâsq; sedes.  
 In Numen hæc hæc est reverentia  
 O vestra, fervens ac amor in Dei  
 Matrem: sacratæ quot Patronis  
 Hungariæ famulantur aræ!  
 Felix ab ipso gloria Numine  
 Sic cœpit Hunnis, Munificentia  
 Æterna transcribens in omne  
 Largisonè monumenta sæclum.  
 Pulchro & litâstis sangvine Numini  
 Frequenter; ac spes stemmatis hosticos  
 Inter furores gloriosâ  
 Apetijt cecidisse morte  
 Inter feroce Odrysij minas,  
 Fremente Turcâ, fortior extitit  
 Virtus, velut quercus ruentis  
 Nec Boreæ tremefacta flatu.  
Quum non saginent mollia gloriam,  
Nec surgat illis emula sideri:  
 Est asperis asveta pasci,  
 Blanditias refugit volupte.  
 Non vilitates ingenij cupit;  
 Ejus nec optat strenua calculum  
 Virtus: in altum que per atras  
 Celsius egreditur procellas.  
 Tellure fortis serpere nescius,  
 Non querit inier dulcia somnium:  
 Pulvinar ipsi saxa, cassis,  
 Sangvineum regimenq; scutum.  
 Loricarectum est, brachia fulciens,      Signa-

Signata telis, ensibus & globis ;  
Fumans recenter quam cicatrix  
Purpureâ madefecit undâ,  
Excussus inter somnia diffugit  
Sqmnu; severùm classica mugiunt ;  
Pugnam boant ad tela, ad arma ;  
Vulneribus patet icta porta.  
Tunc tunc Enyo verbere perfurit  
Inter phalangas ; Mars furiosior  
Impellit, urget, totus ardet,  
Atque rotat temulentus arma.  
Velut jubarum Marmaricus rotas  
Pardus rejicit, qui necis Africas  
Contemptor oras concitatus  
Pervolitans rabiendo terret.  
In nos tremendum sic Asia Lupus  
Quām sēpē robur perfidus attulit,  
Auri voraturūsq; pomum  
Præcipiti rugijt furore.  
Heros sed ingensūt pugil excipit  
Redditq; vulnus linquere nescius  
Spartam, nisi dextris rotatam  
Circumagat generosus hastam ;  
Et tunc cohortes territet hostium :  
Qualis tonantes percipiet polos  
Turbo, vel Alcides minacem  
Invidiæ tremefecit ensem.  
Sic sic stetistis Pannoniæ bases ,  
Quām is procellis vectus aheneis  
Mars Turcicus frendens nataret,

Belligeris tumefactus undis.  
Adversa Thraci pectora Marspiter  
Tunc vester ardens opposuit sua:

Et vidimus sylvas agrosq;  
Bistonio maduisse tabo.

Sic vestra semper gloria fulgurat,  
Volatq; pennis laudis & elogi  
Provecta, famæ per quadrigas  
Magnificos equitando passus.

Spectata fortes laus vechit altior;  
Quæ parta magni Paceq; Marteq;  
Splendoris Heroum perenne

Nominibus famulata totum  
Percurrit orbem ducta jugalibus.  
Virtute cunctos hac rapit indoles,  
Cui carbasis fortuna supplex  
Velificat speciosa plenis.

Utroq; magni, consilijs pij  
Justiq; statis seu vocat ægidem  
Bellona; tunc est vestra virtus  
Odrysijis metuenda collis.

Vos vos vocaret Delos Apollines,  
Et Leda fortes candida Castores,  
Tethysq; Achilles, tot videndo  
Consilijs manibusq; grandes.

Exempla clari tot fuerant Avi,  
Magni Parentes, ac Atavum jubar:  
Vos linquitis tardo Nepoti  
Grandiloquis documenta factis.

Æterna pulchris qui sua nomina  
Ad iarda factis sacra perenniter

Scripsere, ponunt glorioſa  
Perpetua monumenta fame.

Alme Characteſ splendicat aureus

Virtutis in fastis adamantinis;

Et Filijs lucens relinquit

Magnanimi ſpecimen Parentis.

Quamcunq; veri eos acuit boni

Pennam, ſerena nonnifi glorie

Ad posteros fulgur jubarq;

Clarifoniſ inarabit actis.

Hec hec vetuſta non caries vorat,

Ærugo rodit nullaq; temporum:

Sed ſcripta ſunt Æternitati,

Jugiter ut ſtimulent Nepotes.

Feliciorem nec tenet Indoles

Præcelsa ſortem; quam radiantibus

Exempla geſtis in futura

Egregie poſuiffe ſacula.

Fulſere ſemp̄r nomina clariū

Signata rebus, queq; faces Domūs

Illuſtris, & ceris coruſco

Irradiant anima nitore.

## INTERLUDIUM post Partem IV.

Seneclus ethicum fabularum ſenſum ad mores  
& eruditionem expbnit.

Poëſis. Age in tribunali ſeneclus equiſſima;  
diuidica fabularum commenta, & rejecta nonni-  
bil fictionis cortinā, multiplicem oſtende eruditio-  
nem, quam Vetuſtas intexit. Seneclus. Subfa-  
bularum integumentis occultatam fuſſe ab An-  
tiq. is

271      *Interludium post Partem 4.*  
z quis cùm naturalem, cùm moralem doctrinam,  
extra dubium est. Exposuere hoc ipsum suis scri-  
ptis. & recentius Calepinus in Onomasticho No-  
minum priorum, Ravissius Textor, Jacobus  
Masenius è Societate Jesu, alijq; Mythologi in lu-  
cem produxerunt; ex quibus pauca, quasi pugno  
compacta in sequentes pagellas compingemus, lu-  
cem alijs quoq; datura.

*Achelous*, *Protheus* & alij, se in varias mu-  
tantes formas, significant homines fraudulen-  
tos & inconstantes: vel per eos Viri quoque  
fortes intelligi possunt, qui ad omnem fortu-  
nam se nôrunt accommodare

*Aesculapius* sumitur pro aëre temperato, quē  
sol causat; undē pro filio solis & Deo Medicinæ a-  
pud superstitionem Antiquitatem celebrabatur.

*Amphion* quod se Apollini prætulerit, ab hoc  
occisus est, quia nulla arrogantia Deo placet.  
Quidquid habemus à Deo optimo accepimus.

*Argus* centoculus indicat hominem Præsi-  
dem & circumspetum.

*Adulator* nocens pér Cerberum intelligeba-  
tur, quem fingebat Poësis blandum intrantibus  
& sævum exeuntibus Inferno.

*Amicitia* ficta per Atreum & Thyestem Fra-  
tres; quorum ille huic sub specie dilectionis in  
convivio filium proprium apposuit mandu-  
candum.

*Anima* à Diabolo liberata exprimebatur per  
Andromedam, quam Perseus à Ceto vindica-  
vit.

*Ara-*

*Atalanta* significat voluptatem, quam homines, uti Hippomenes, ingentibus sumptibus & periculis quærunt; & dum illam obtinent, Dei cultum negligunt, & quasi in bellus, uti Atalanta & Hippomenes in Leones, convertuntur.

*Atreus* Thyesti dum apposuisset filium in convivio, fingunt Poëtæ solem fuisse obscuratum ad facinoris impietatem. quia Atreus inventor fuit observationis Eclipsium.

*Atlas* fingitur cælum humeris sustentasse, & Hercules succollator, quia uterque eximij fure Astronomi, virique in sæculo illo sapientes.

*Actæonem* in cervum conversum, & à proprijs canibus dilaceratum, fingunt Poëtæ, idq; propter curiositatem & incontinentiam oculorum. quia multis ingenti dāno esse solēt, uti Tantalō, Tiresiæ, &c.

*Bacchus* fingitur Deus vīni, quia subjugatā Indiā, primus indē vites in Græciam invexit.

*Hebe* sumitur apud Poëtas pro Dea Juventutis, quia Beatorum felicitas immortalis est.

*Captivitas* animæ per Andromedam exprimitur.

*Campos Elysios* fingebat Poësis; ut homines animarentur ad bonum per futura post vitam gaudia.

*Centaurs* significabant homines impios, ad scelera quævis prolapsos.

*Ceres* sumitur pro diligentia & labore mortaliū; quibus victum comparamus. *Cerber-*

*Cerberus* est avaritia & cupiditas opum, quæ ijs cumulatis lætatur, ablatis tristatur. Hinc intrantibus blandus, exeuntibus asper fingebar, & quidem cum pluribus capitibus: quod ex Avaritia plura nascuntur vitia.

*Chimera* significat iram omnium monstrorum nocentissimum.

*Circe* sumitur pro saga & libidine, quia hæc mutat homines in varias quasi formas, præter Ulyssen: cum sapientes illi resistant.

*Cupido cœcus*, pharetratus & turpis est animus libidine infectus, qui quodammodo cœcus velut sagitta in malum provolat.

*Cyclopes* accipiuntur pro hominibus malis, quorum ministerio utitur Deus ad probandos bonos; eorumquæ Dux Polyphemus monocularis est homo, qui unum non nisi oculum terrenum habet; cælum autem non respicit.

*Deucalion* cum Pyrrha in diluvio servatus accipitur pro homine pio, quem Deus ab imminentibus plagis conservat. Quod autem fingant Poëtae ex projectis à Deucalione & Pyrrha lapidibus surrexisse denuò mares & fœmellas, sumi potest pro induratis hominibus, qui surrexerunt & mundum infecerunt.

*Endymion* in Latmo monte multis annis obdormiens, & à Luna adamatus dicitur; quod cursum Lunæ observaverit, & docuerit.

*Eumenides* sumuntur pro stimulis conscientiæ & tortoribus animarum. Dicuntur etiam *Furiæ*

Furiæ. Finguntur à Nocte uno partu omnes tres editæ. Sunt tres inordinati affectus: Ira, cupiditas, libido, & ex tenebris obsecrati animi prodeunt.

*Fauni* finguntur & sylvani: ut sciamus Deum ubique præsentem esse, etiam in latebris occultissimis.

*Flumina* & monstra inferni pro vitijs & pœnis sumi possunt.

*Fortuna* pingitur cœca, & rotæ insistere quia prosperitates hujus mundi obsecrant & instabiles sunt.

*Ganymedes* significat hominem sapientem & pium ad Deum rapi.

*Gigantes* docent, nè quis suæ confidat fortitudini, & rebellis contra Deum insurgat.

*Gorgones* sunt monstra voluptatis, à quibus se nullus facile expedit, nisi ductu rectæ rationis Divinum auxilium sequatur.

*Gratiæ* finguntur filiæ solis, quia debent esse illustres & fertiles. Vocantur etiam Charites, & recensentur tres non velatae. quia amicitia non debet esse fucata. Sunt tres, quia una dat, altera accipit, tertia reddit beneficium. Sunt Juvenes, quia memoria beneficij non debet senescere sed virere. Sunt ridentes. quia hilariter est beneficiendum. Cùm duæ nos aspiciunt, tertia pingitur aversa. quia pro uno beneficio duplex gratia debetur. Dicuntur mundæ & lux. quia beneficia debent esse pura & sine fuso.

Pingu-

Pinguntur connexæ. quia gratiæ insolubiles esse debent.

*Harpyia* significant avaritiam. Hinc Phineus dicitur oculis captus, cui Harpyiæ surripiebant epulas, quia non videbat hominem debere esse paucis contentum.

*Hebe* pro Dea Juventutis habebatur, eratq; soror Martis quia Juventus maximè in arma incitatur. Dicebatur filia Junonis seu Opulentia, quia opes belli causa esse solent. Fингebatur à poculis Jovis remota, quia gratia Principum non semper perennat.

*Hercules* significat fortitudinem contra monstra, Hærefes, Hydras & Vitia peccataq;

*Io* in vaccam mutata est impura anima in bestiam transiens.

*Judices inferni* fингebantur severissimi. Quia nulla corruptio removebit posteà Judicem à sententia.

*Juno* erat Dea opum, quia has multi colunt. Dicitur etiam invidia, quia opulentis si sint superbi, pares nolunt pati.

*Jupiter* expulso Patre Saturno vindicavit sibi imperium, quia libido dominandi nulli parcit. Fингitur in varia animalia mutatus, quia libido transmutat hominem quodammodo in brutum & ad turpissima deiicit scelera.

*Ixio* dicitur rotæ alligatus perpetuo torqueri. Quia sceleratorum poenæ termino carent. sic Tantalus, Sisyphus, Tityus &c. plectuntur.

*Labor heroicus exprimitur per Herculem, Theseum, Jasonem, &c.*

*Latona* sumitur pro terra, cui obstitit Jano seu aér, nè pareret Apollinem vel solem, & Di-anam aut Lunam. Sed sol altius ascendens diffi-pavit vapores aëris pestiferos, fructusq; pro-duxit. Unde fingitur Apollo serpentem sagittis vel radijs confodisse.

*Lethe* fluvius in campis Elysijs inducebat ob-livionem præteriorum, quia in cælo tristia in-gaudium mutata, non erunt timenda.

*Luna* dicebatur filia solis, quia ab hoc lumen mu-tuatur.

Magnarum retum tardus est eventus, celer vilium: sic *Hercules* post novem mentes natus fuit, *Eurystheus* post sex.

*Mars* natus est ex Junone seu Opulentia, quia opes causant contentiones. Nutritus est à The-reo apud barbaras nationes, quia barbarum est armis dimicare, quando legibus potest. There-us sumitur pro feritate.

*Medea* significat animam, propter sua scele-ra miseram.

*Medusa* ex pulcherrima facta est turpissimā ob Dei neglectum, quia superbia hominem ma-ximē deformat peccatis.

*Mercurius* est vis Divina seu instinctus in-mentes hominum. Unde pro nuncio Deorum, & Deo Eloquentiæ habebatur.

*Mulier bonorum plena erat Pandora.*

*Musa* dicuntur filiae Memoriae, quia ubi haec deest, illae non prodeunt.

*Nativitas portentosa* Palladis ex cerebro Jovis, & Bacchi ex femore, quia sapientia in cerebro sedem habet & mente.

*Neptunus* sumebatur pro aqua, & a Jove pulsus ex caelo quia aqua significat inconstantiam, & pluvia ex aere cadit.

*Nereus* in omnes formas mutatus significat hominem probum, omnibus excultum moribus bonis, & ad universos fortunae eventus param.

*Niobe* significat jaestantiam punitam & arrogantiem; uti etiam contigit Marsia, Arachna, Thamyræ.

Occultum adeo nihil, quod non reveletur, uti aures asininae Midæ.

*Orestes* perpetuò a furijs agitatus sumitur pro recordatione scelerum, quia haec continuò tortuet animum.

*Orpheus* lyrâ ad saltum alliciens bruta & saxe, significat principem sapientem & mansuetum, quia talis etiam barbaros & saxeos animos ad virtutis obsequium trahit.

*Pallas* ex cerebro Jovis nata sumitur pro sapientia, seu partu intellectus. Poetæ fingunt, per eam fuisse profligatos Gigantes, quia justi hominis sapientia superat omnem prudentiam superborum.

*Parca* vel *Fata* sumuntur pro Divina Prudentia, quia haec gubernat omnia.

*Paris*

*Paris* spernens sapientiam propter libidinem induxit exitium Trojanis, quia libido perdit homines & sapientiam veram negligit.

*Pasiphae* significat animam adulteram à reata ratione, quæ immania parit monstra, scilicet peccata.

*Penates* & *Lares* erant custodes & praesides domorum, quia Deus ubique custodit diligentem se.

*Penelope* significat muliebrem virtutem ac constantiam.

*Fhaëthon* solis equos temerè regens & delapsus, uti & Icarus sunt arrogantes & temerati, quia non modo sibi, verum etiam, alijs nocent. Suis quisq; contentus vivere debet, quæ à Deo accepit.

*Pluto* ponitur pro Deo terræ opumque, quia ex terra eruitur aurum, & ejus abusus ducit ad intentum. Unde ille pro Deo Inferni sumebatur.

*Plutus* Poëtis erat Deus divitiarum, & quidem cœcus, filiusq; Veneris. Quia opes ex uertate possesse, maleq; impensæ, excœcant possessorem, & ad Vitia protrahunt.

*Prometheus* fraudulente fingit ignem ex cælo susculisse, quia fraudulentem luce Virtutis volunt tegere vitia.

*Redemptio* Generis humani significata fuisse per Homeri catenam; quando fixit omnes Jacob in terram detrahere conatos, ab ipso in cælum attractos fuisse.

*Saturnus* fuit sapientissimus Princeps, & fin-

gunt Poëtæ sub eo aurea fluxisse sæcula, quia omnes felicitates excipit vera sapientia. A Regno fuit pulsus per Jovem filium, quia nullæ opes sunt absquè periculo, sumitur pro tempore, & fingitur devorasse filios. quia tempus omnia consumit, præter Virtutem.

*Scylla & Charybdis* pericula marina ex adverso sibi opposita, per medium nonnisi transcurrentibus navibus, significant Virtutem esse in medio duorum extremorum malorum.

*Sibyllæ* significabant fœminas sapientes, futuruntq; Cumana seu Amalthea atq; Deiphobe, Tyburtina vel Albunea, Marpesia, Heropile, Sabbe, Demo, Phrygo, Phaenesis, Carmenta, Mante, Pythia, Phæmonoë.

*Silenus* Magister Bacchi pingitur ventriculus & titubans, quia ebrietas & voluptas deturpant hominem, viribusq; destitutum & inutili redditum.

*Sirenes* sunt illices voluptatis; blandè canunt, & demùm interficiunt animam.

*Sol* seu Phœbus sumitur pro Inventore Medicæ artis, quia influit in herbas, expurgat aërem radijs, & reliqua sanitati corporum conducibilia producit.

*Somnus* fingitur frater Mortis, quia dormiens ab actionibus quiescit.

*Temeritas* punita exprimitur per Phaethontem, Icarum & Bellerophontem.

Terror

*Terror inanis exprimitur ruditu Afini, quo  
tremefacti Gigantes fuerant, qui superos non  
timuerant. Quia Deus superbos etiam per vi-  
lissimas res terret.*

*Theseus laboriosi hominis specimen est; qui  
virtute & sapientia omnia superat.*

*Tritones seu Dij marini fingebantur, quia nul-  
lus est locus, ubi Deus non regnet.*

*Vafrities succumbit Virtuti, uti Achelous  
Herculi.*

*Variabiles Nereus, Protheus, Vertumnus,  
Metra, Glaucus & Achelous, quia homines mul-  
tis objecti sumus mutationibus.*

*Vates vera, sed cui non creditur, Cassandra.*

*Venus sumitur pro delicate aëris temperamē-  
to; undē delicie.*

*Vindicta in Authorem redit; sic Ino cum Me-  
licerta mergitur post Hellen.*

*Vitia septem capitalia exprimuntur per se-  
ptem capita Hydræ.*

*Ulysses est imago humanæ perturbationis, &  
utriusq; fortunæ.*

*Voluptas retardat cursum Virtutis, uti poma  
aurea Hippomenis projecta Atalantæ.*

*Vulcanus natus ex Junone vel aëre, & à Te-  
thyde vel Nymphis marinis educatus fingitur.  
quia extenuatus aër transit in ignem, & ex va-  
potibus illis permixtis fiunt fulmina. Undē pro  
fabro fulminum habebatur. Fingitur ligasse  
Marzem, ipse claudus celerem, & invalidus bellum*

Ducem, quia nullæ vires possunt hominem impium à vindicta Divina eximere.

# P A R S V.

## Mors, Funera, Epitaphia.

### I N D U C T I O 1.

Poëta ad funus invitatus discit à tristis Musa Nænias, Lessos, & Epicedia.

Poëta. Actum est. viximus! Parentandum est,  
Epinicia in Epicedia, plausus in Nænias, gaudia  
in luctus convertantur. Ad lessum creberrimi  
impellunt singultus, invitant funera, exequie ac  
calvo mortuales; quibus elegiacas per solvam in-  
ferias, & ita meam olim imaginem hoc obsequij  
dolorosi cultu venerer. Ingeminabo luctus, & in-  
cultam lyram in mæstos expediam planctus.

Itē me tristes Elegi, mihi Nænia semper  
Insonet, ac cineres carmina nostra colant.  
Questibus & questus, lachrimis suspiria jungam;  
Sors erit hoc nunquam deficiente mori.  
Itē meæ lachrymæ, fidæ mœroris alumnæ,  
Et fluat ex oculis fons ubicunq; meis.  
Itē meæ lachrymæ, currentibus ite fluentis,  
Et fulcate meas vomere mollè genas.  
Itē meæ lachrymæ, quasi flumina tundite fluctus,  
Nautaq; tutus iter per mea stagna fecer.

Pieri-

Pierides mecum lugubrem dicite lessum;

Ad cineres summum congeminate vale.

Musa. Subsistē nonnihil Poëta, & priusquam  
in luctus expediāris, edisce flere. Effrenem alias  
dolorem expectorare lamenta docebo

**I**n primis potest Poëta statim in luctus prorum-  
pere ac lamentationes: vel testetur, tantum  
suum esse dolorem; ut eum silendo potius, quā  
insonando promere, defunctorū; extremum of-  
ficiū præstare malit: quod ejus verba à fletu  
præripiantur. Hinc alloquatur defunctum, ejus-  
quā virtutes & acta concinat, doloremque ex-  
aggeret, quo omnes afficiuntur ex ejus obitu.  
Potest etiam præmitti discursus de incertitudi-  
ne horæ mortis, de vitæ brevitate, de instabili-  
tate fortunæ, de magnitudine doloris concepti  
ex obitu Patroni: sive opter Poëta lætiorem  
sibi occasionem, in quam plectra stringere va-  
leret, & enumeret felicitates, in quarum pro-  
veniū desideraret cantare. Aut etiam describi  
potest mortis potentia, necessitas, varietas &  
producit luctus & dolor omnium exaggerari &c.  
Secundo laudatur defunctus à nobilitate prosapiæ,  
à gloria, factis, meritis in Ecclesiam, Patriam &  
Principem, à vita ad encomium transacta. Intro-  
duci possunt önes ij, de quibus bene fuit meritus,  
corumq; dolor. Exhibeantur Regiones, Urbes,  
Castra, status subsellia principum &c. quæ lau-  
dent, & exoptent defunctum, recensitis ejus  
gestis, fortitudine, liberalitate, &c. Demum  
Poëta totus effundatur in lamentationes; exag-  
geret.

geret dolorem conceptum propter amissionem  
tanti viri, vel in meliorem transcripti felicita-  
tem, æternum perennaturis ejus Virtutibus.  
Poterit etiam eidem per anagrammata, artificia  
Poetica, & elogia parentare.

Cæterum in Epicediis maximè dominantur  
affctus amoris, doloris, commiserationis, &c.  
Figuræ exclamationis, epiphonematum, Apo-  
strophe, & quæ faciunt ad mœrem. In Poë-  
mate sit propositio juxta animi dolentis impul-  
sum, quod cantabitur mors viri illustris, & do-  
lor communis producetur. Invocatio ad Deum  
dirigatur, ut tanti viri merita cumulet præmijs,  
& adsit canenti. Narratio tota sit pathetica,  
frequentibus excursionibus, descriptionibus, &  
laudibus adaucta.

Siper prosopopœiam placuerit introducere  
defunctum; sit illa tota eruditonibus, docu-  
mentis moralibus & consolationibus instructa.  
Demum exhibeatur defunctus gratias agere &  
valedicere.

## INDUCTIO II.

Poësis porrigit eruditam supellecti-  
lem funebrem, ad mores compositam.

Poësis. *In cultus alias dolor, hic admittat cul-  
tam supellectilem, tibi destinatam, o poëta: ut  
lyram lugubrem exornes, sed ad planctum. Poëta.  
Multiplici cum alias eruditione hanc vitam com-*  
pleve-

pleverim, sīnē ea non decet sub vita finem esse; quā nimirūm ad mores est & documentum. Poësis. Sunto tibi.

Nemo unquam mortalium ad sepulchrūm erravit. Sen.

Non eī tres magna vivere; magna est honeste mori. Idem.

Mors est medicus malorum. Æschin.

Undiq; eadem via ad sepulchrum. Diog:

Justus mortem cavit, non pavet. S. Bern.

Vita est tragœdia, cuius epilogus mors.

Pavidus fortique cadendum est. Lucanus.

Felices sequeris mors, miseros fugis. Sen.

Illi mors gravis incubat, qui notus nimis omnibus, ignotus moritur sibi. Sen.

Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam:

Sera nimis vita est crastina, vive hodie. Mart.

Scilicet omne sacrum mors importuna profanat;

Omnibus obscuras injicit illa manus. Ovid.

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam;

Omnia sub leges mors vocat atra suas. Idem.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas Reguineque turres. Horat.

Certo veniunt ordine Parcae. Nulli iusso cefare licet, nulli scriptum proferre diem. Recipit populos urna citatos. Sen.

Mille modis Lethi miseros mors una fatigat. Statius.

Ortum quidquid habet finem timet; ibimus omnes,

Ibimus immensis urnam quatit Æacus umbris.

*Stat.*

Mortem optare malum . timere pejus. *Sen.*

Contempsit mori, qui non concupiscit. *Idem.*

Nonne mori satius, vitæ quam ferre pudorem.

*Claud.*

Mors hominum felix , quæ se nec dulcibus annis.

Inserit, & mœstis sœpè vocata venit.

**H**eu, heu! quam surdâ miseris avertitur aure,  
Et stentes oculos claudere sæva negat. *Boëtij.*

**O**mnum crede diem tibi diluxisse supremum.

Grata superveniet, quæ non sperabitur hora.

*Horat.*

**Q**ui per virtutem peritat, non interit. *Plant.*

**U**t tibi mors felix contingat, vivere disce :

**U**t felix possis vivere, disce mori.

**S**eu mortis veniat, seu nondum venerit hora :

**C**ulpa est velle mori, culpâq; nolle mori.

**C**lemens Alexandrinus hominem citharam esse dixit; quod habeat varias miseras, ut illa chordas. Unica deficiat, deficit omne melos.

Anoxagoras cum audisset in se latram mortis sententiam : Æ inquit, jam olim hanc in me natura tulit, & in illos.

Diogenes rogatus, an mala sit mors, respondebit, non : quia malum præsens sentitur, non autem mors ; cum sensibus privet.

Musonius interrogatus, quis optimè moria-  
tur qui, inquit, mortem sibi putat instare.

*Bojo-*

Bojocalus dicere solebat : deesse nobis potest terra , in qua vivamus ; non autem , in qua moriamur .

Messodanus senex ad crastinum convivium vocatus , respondit : cur me in crastinum vocas , quia multis annis crastinum non habui .

Epaminondas vocavit mortem otium virorum fortium , & laborei improborum .

Gorgias Leontinus senex rogatus , an libenter moreretur : Ex putri , inquit , domuncula non invitus discedo . *Lico* .

Severus Imp. loculum sibi in vivis factum sic alloquebatur : O locule , virum capies , quem orbis non capit . *Xiphil* .

Accensam lucernam nemo moleste fert , extinctam omnes : ita vivere multis jucundum , mori inamabile .

Ut folia nascuntur , & cadunt , sic homines .  
*Lipsius* .

Ut lignum uriri natum est , sic homines mori .  
*Idem* .

Nabathæi Reges loco signaculi gestabant mortem præ peñore , cum inscriptione : Mater bonorum , noverca malorum . *Reiner* .

Candela ardens cum lemimate : Inserviendo consumor .

In sepulchris senum solebat esse inscriptio : Et mortuus est . In tumulis vero Juvenum cum interrogacionis signo : Et mortuus est ?

Pictus sol occidens cum inscriptione: sol cognovit occasum suum. Subtus calvaria: si cognovisses & tu!

Solare horologium cum lemmate: Una harū veniet, quæ tibi dicet, abi. vel Tempora metimur sonitu, undâ, pulvere & umbra.

Nam sonus & lachrymæ, pulvis & umbra sumus.

Alexandri M. tumulo insculptæ fuerunt Asia & Africa, catenis ligatæ, cum lem: Victoria Alexandri.

In Ferdinandi Imp. funere pietæ fuerant coronæ variæ, cum lem: Manet ultima cælo.

Item mors depingens imaginem Cæsaris interrogata per inscriptionem; cuius est hæc imago? Respondeat: Cæsar.

Phœnix in flammis cum lem: Perit, ne perireat.

Bulla in mari cum lem: Et brevis & levis est.

Carolus V. Imp. sibi vivo parentavit, & loculum secum vexit.

Romani ponebant statuam Libitiniæ in medio foro: ut omnes essent memores mortis. Rosm.

Est commune mori, mors nulli parcit honoris.

Debilis & fortis veniunt ad funera mortis.

### INDUCTIONE III.

Poësis sacra Alumnum suum ad Crucem Christi deducit: ubi is creberrimis con-

cussus

cussus singultibus, nærias congerminat, plan-  
git & feliciter emoritur.

Poësis. Expedi nunc ergo te in luctus, & tri-  
stissimam sub Cruce Salvatoris pulsa lyram, sed  
sacram. Poëta. In lamenta & nærias mastissima  
nostra diffluet Musa, & fræna laxabit doloris.  
Ad Te ô Sanctissima Vita Nostra, Iesu Christe,  
hic expedietur singultus & lachrima Mortalium;  
quicum per scelus nostrum Te Cruci affixerimus;  
ibi pendentem quæsiruri, ab Amore Tuo trahe-  
mur, sacrâ metamorphosi in melius mutandi, Ti-  
biq; uniendi.

## Sacra Metamorphosis ad Crucem Christi, Amoris terreni in Divinum.

Mundus. Io secundis ite Cosmophili notis;  
Agite sodales, quædum vestris favet  
Velis Favoni: memet ad votum duce  
Felix secabit cuncta percurrens ratis  
Redimita flore. Vineta sexcentis caput  
Ibit corollis turba nautarum, canens  
Celeusma lembis. Ite lætitijs, io!

Complete peccatus, quos meus dicit favor.  
Felicitatis culmen est mundum sequi.

Cosmophilus. Etesiarum, Dive, permulce fabbris  
Cymbas: fugetur turba mœroris procul.

Cosm. 2. Absit inimicum luctuum nobis genus;  
Ait vos faventi dexteræ Mundo date.

Cosm. 3. Tuum Satelles fidus accingam latus,  
Tibiq; nostræ vœla committam ratis;

Quod.

289 *Pars 5. Ind. 3. Metamorphosis sacra*  
Quòcūnq; placeat, sponte volitatem move.  
*Cosm. 4.* Nec alia lembos auspicia ducent meos;  
Quām quæ secundis dirigit Mundus notis.  
*Mundus.* Mundo beatus, qui vias nostras terit.  
In me placere quid ergo non debet solo?  
Videte speciem; corporis quantum decus!  
In me benigna contulit Parens opes  
Natura cunctas, quæ suis gazis locat,  
Ac ferre corpus potuit, & jam jam gero.  
Caput mihi non una munivit Charis,  
Illustre fulgens; incolam nobis dedit  
Animum, scientem svave delicij bonum.  
Non hunc doloris nube contexit timor,  
Futura metuens; quando præsentes magis  
Res me serenant. *Nescit intertum vigor*  
*Mentis vereri.* Dubia quid tandem miser  
Ultrò timerem? certa sub cælo placent.  
Specitate, variam cogō per formam occiput;  
Quales Apollo, gesto, jactavit comas.  
Aperta semper auris ad gratum pater.  
Quid? ora mille tincta cerussis nitent;  
Instar tabellæ plana spatiatur mihi  
Frons, & genarum purpuram candens ebur  
Distingvit; aurum & sardonyx ornant grave  
Collum. Futura sperne, præsenti cupis  
Gaudere quisquis: Mundus hanc summum colit  
Beatitatem; quâ nihil majus putat.  
*Cosm. 1.* Hoc nectar illud blandius multum sapit.  
*Cosm. 2.* Futura quid enim lancinent euris sinu?  
*Cosm. 3.* Felix! favores quisquis exceptit solis  
*Cosm. 4.*

*Cosm. 4.* procul Catones , ite mordaces procul :  
Mundo frui , cultoribus terræ placet.

*Mundus.* Hoc est beatum , grandis & culmē boni  
Nōsse quod habes ; nec anxio multum sinu  
Ventura velle. *Dubia neclentem moras*

*Fallunt frequenter. Certa pro incertis dare,*  
*Stultitia ; spernere , & neges majus malum ?*

*Amor Divinus.* Quid fingis effrons , turpe fu-  
nestum caput ?

Apage dolosum , perfidum , fallax bonum.

Ast vos severis nexibus Mundi diu  
Solvam ligatos ; pulchrius vobis iter  
Monstrabo ; summis certa depromam polis  
Gaudia ; ministrum Numinis sanctum dabo ;  
Dabo suave mentis illicium piæ :

Nempè innocentem prodigus amorem Dei  
Præstabo ; totas ille complebit fibras.

*Cosm. 1.* Promittis aurea , plumbeum nobis onus  
Forsan daturus. Asperum valde foves  
Pati : quid illud triste ? quo fulcis latus.

*Amor Divinus:* Superum Nepenthe cuncta mæ-  
ris mala.

Expellit ; & quid ? lætius credas nihil.

*Cosm. 2.* Quid hoc ? doloris ergo naturam tua  
In iussa flectes ? triste num lætum putem ?

*Amor Div:* Quicunq; nostræ saucius flevit manus  
Iucundiori nullibi risit labro.

*Cosm. 3.* Sed heu ! severus risus , ubi pulsat nimis  
Materia fletus , mille quæ planctus cier.

Linquenda cuncta chara ; tam grandes humi

Qui

*Qui sunt, honores ergo spernendi simul?*

*Amor Divinus. Nil tollo; plura largior præbet manus.*

*Cosm. 4. Sed Mundus ingens est bonum, quid nam deest?* (rebus facit.)

*Amor Divinus. Omnia, quia Deus; qui pretia.*

*Quemcunq; copia dives allicet boni;*

*Illâ carebit, qui bonis Christi caret.*

*Cosmophili. Ostende Ductor, pande tâ largas opes*

*Amor Divinus. In cruce sacratas Christus exten-  
dit manus:*

Hoc hoc bonorum culmen, & felix cape  
Mortale tibi Genus, hîc in amplexus rue:  
Summum prehendes hominis ac verum bonum.  
Illi amore saucios prêndo sinus;

Quidquid caduci Mundus obtrusit, procul  
Absit: Theophilus jam vale mundo date.

Hic spes locate sub bona christi Cruce,

Hic sit perita vestrâ tot votis quies:

Hic nam jacere blandius veniet nihil.

*Theophilus 1. Delicij culmen, cordis spes unica  
salve,*

Gloria summa poli, gratia summa soli.

Sponse, mihi posthac Animam populabere totâ,  
Illa Tibi vivens pervia semper erit.

Christe Tibi vitæ tantum spiracula ducam;  
Prima Tuo fuerit fors in amore mori.

Summa voluptâ mihi crux est, & gloria Christus,  
Gaudeo delicias hîc posuisse meas.

Sic in amore Dei moriar; langvete lacerti:

Mops

Mors hæc vita mihi, cætera vita mori est.

*Theoph. 2.* Nocte diéq; cruci vigilans adstabo minister.

Hoc juvet obsequio promeruisse Deum.

Succollator ero : nostris impone lacertis

Pondera , dulcis Amor. Crux erit ala mihi.  
Hac ibo terrena super, super astra volabo.

Felix ! quem talis penna beata vehit.

*Theoph. 3.* Divide sponse tuum mecum dilecta  
dolorem ,

Sors erit hoc nunquam deficiente premi:  
In me tolle flagrum , totas confige medullas ;

Vulnera non renuo faustus amore tui.

Immoriarq; lubens posthæc in amore Tonantis:

Felix ! qui tali morte perire potest.

*Theoph. 4.* Ergone, sponse, mei Te totum per-  
dis amore ?

De Te, qui poteram promeruisse nihil.

Hic pendet Divum laniatum vulnera corpus,

Horrida destruxit carnificina genas.

Ipse tu posthac laniabor amore libenter.

Parce, meo cordi spicula fixit amor.

*Omnis.* Valete jam deliciæ , quidquid & habet  
Orbis,

Et vanitatum Charites , lætitiaq; Mundū .

Ave Crucis delicium, te duce placet ire :

Per atra duc, seu nitida, auspicia sequemur.

*Poëta sub Cruce Domini Nanias ex-  
pectorans emoritur,*

**T**ristia quæ feriunt oculos spectacula noctis?  
 Quò feror? obscurum planta recusat iter.  
**Ergōne** disruptis cadit ergone Phœbus habenis?  
 Dum modò vix medium transit axis iter.  
**Ergōne** Cimmeriæ confundent omnia noctes,  
 Et posthac vestis conteget atra jubar?  
 Jam video, sponsi merguntur lumina morte;  
 Extremumq; oculos claudit amore mei.  
**Huc** Anima internos vultus, intentaq; flecte  
 Ora; venustatis suspice quis sit honos.  
 In tristi vitam specta nunc morte natantem;  
 In cruce delicium cerne obijisse tuum.  
**Sangvineis** plora lachrymis, te complue nimbis  
 His mersisse genas fors tibi dulcis erit.  
**Proiice** de niveo famosa coralia; collo,  
 Lugubri posthac inde cuncta peplo.  
 Tunc iterum fletus mœroris sparge ministros,  
 Atq; sequi lessos sit tibi svave meos.  
**I**dolor, i planctus; modò pectus nænia tundet  
 Sponsus, vita, salus, jam cadit orbis Amor.  
**I**dolor, i planctus, lachrymarum currite fontes;  
 Mœsta meos semper concute Musa sinus.  
**Merge** faces Titan, tua cornua Cynthia merge;  
 Stertite pullati Lumina tecta poli.  
**Mecum** flete faces cælestes, flete choraulæ,  
 Conde diemq; dies; sol quia sanctus obit.  
**Delicium** Mundi moritur; blandissima cæli  
 Fax subiit tenebras, flete, dolete poli.  
**It**em mihi tristes elegi, mœroris ephœbi;  
 Ex vultu risus expediisse decet.

Excute singultus animo dolor, evome luctus,

Planctibus & planetus nocte dieq; fove:

Fundite non stillas oculi, sed fundite rivos;

Lumina pro guttis flumina larga pluant.

Ite meæ lachrymæ, natæ comitæsq; doloris;

Diffue mæroris turbæ ministra genis.

Vomeribus lachrymæ liquidis sulcate genarum

Planitiem, rugas findite mille labro.

Ite meæ lachrymæ, tempestas grata dolori;

Mergite continuis mergite pectus aquis.

Ut flumen, vastæ pelagi velut ite procellæ;

In vobis nautæ tutæ catina fluat.

Grandine mœstitiæ languentem complue vultū,

O dolor exhausti pectoris ima quate.

O Acis! o Cyane! quorum de corpore flumen,

Ex luctu fluctus ficta Poësis habet:

Vos ego non viles etiam liquefactus in undas,

In pelagus, vincam: me minus esto mare.

Semper inundabor currentibus ore fluentis,

Eq; gênis fluvius defluet, eq; sinu;

O pius o rîvus torrens in flumen abibo;

O Tethys, o vastum te superabo mare!

Et sic irriguus siccas effundar in oras;

Langreat ut Lybiæ nullâq; arena siti.

Terra meas grandi lachrymas forbabit hiatu;

Inq; meis undis naufragus esse volo.

Nam Te delicium qui sicco lumine spectem?

In cruce dum video spes obijisse meas.

Cælestes Animæ lugubrî verrite peplo

Jam mecum terras; nenia mœsta strepat.

Adq; crucem lessos rauco simul ore sonate;  
 Summum Dilecto congeminate vale.  
 Apposuisse Cruci liceat mea pectora Christi ,  
 Cum gemitu reliquos claudere, sponse, dies.  
**H**ic ego defraudans genium pigrosq; sopores,  
 Pervigil ad lignum nocte dieque forem.  
**N**on mihi suggereret fallax ibi somnia Morpheus:  
 Sed mea de Jesu somnia pulchra forent.  
**H**ic liceat tractare manus, & ungere colla;  
 Hoc juvet obsequio promeruisse Deum.  
**I**mmoriar totus posthac in amore Tonantis.  
 Felix! si talis mors subeunda mihi.  
**I**lle ego Te Divo laniatum corpore Lictor  
 Affixi ligno. Dilue , sponse, scelus.  
**H**inc procul ex animo fuimosa superbia cesseret:  
 In vili sponsus vult obijisse cruce.  
**N**ullus avaritiae cordis solatia credat:  
 Omnia nam secum de cruce donat Amor.  
**I**nvidiae nullum stimuli crudelè lacestant:  
 Ad mortem Christus diligit usq; suos.  
**I**gula, monstrosum fuge spectrū, guttura stringe  
 Fons vitæ nostri Christus amore sitit.  
**M**erge tuas furiosa faces, procul ira recede:  
 Grata meo sposo Gens inimica fuit.  
**I**nnocuis peccatus transfige cupido sagittis :  
 Cum Divinus amor spicula fronte gerat.  
**Q**uid torpore jacens quid stertit acedia cordis ?  
 Dum celer in mortem de Cruce currit Amor.  
**H**is ego substituam Virtutum mille cohortes :  
 Cum sposo ad funus sic properare lubet.

Ante meum ploranda mihi cano carmina funus,  
Cūmq; meo moriar totus Amore libens.  
Dum loquor, heu nimio jamjam tabesco dolore  
Et liquefacta sinūs tota medulla fluit.  
Lingvāq; præ gemitu planctūq; rigata fatiscit.  
Ingeminat summum mœsta camæna vale.  
Emoriar, jam vita cadit, jam cuncta valete:  
Hæc mihi mors vitam conferet: emorior.  
Omors, fors, certè fuerit sors prima salutis;  
Quisquis amore Dei saucius emoritur.

### E C H O.

*Scissis in Christi Domini morte petris repercutta.*  
& piam Animam in luctus invitans.

*Anima.* Ergōne dissiliunt grandævi fragmina  
saxi?

Dum Crucis in labaro mortuus hæret Amor.  
Ite sinūs lachrymis. *Echo.* imis, A. & pectoris,  
E. oris,

A. Ite fluēta, meum nænia tunde labrum.  
Pandite singultus, E. vultus, A. suspiria fundā,  
E. Undam; A. tunc undas exsuperabo maris.  
Lumina, E. bina, A. fluent lachrymis non lumi-  
na tantum;

Delicium flebunt ònia quando meū. (cellas,  
In lachrymisq; natabo, E. dabo A. dabo mille pro-  
E. Cellas. A. Hæc cordis limina merget aqua.  
Ex oculis fundantur aquæ. E. quæ? A. cordis  
alumnæ,

Quas dolor in fibris semper amantis habet.

**I**n festo, E. mæsto, A. plangam mea, gaudia vultu;  
Mundanum, E. vanu, A. nenia sperne metru.  
**S**emper eat planetus, E. sanctus; A. mea pe-  
ctora plangant,

E. Angant. A. O. felix hic nimis angor erit!  
**O**solymae necu natæ, E. date, A. Lumina fluæ,  
E. Luætus, A. dent; mergi sors erit una mihi.  
Delicium Generis nostri spectate Choraulæ,  
E. Aulæ; A. Cælestis cernat id Aula mori.  
**D**um mortale Genus quærit, E. perit; A. actus  
amoris

**Q**ui gaudet stimulis interijisse mei.  
**U**t Iponsus raperet, E. caperet, A. qui venerat,  
omnes;  
Hic in morte natans insuper hamat, E. amat.  
**A**. Grandis amor, cæco post mortem lumine  
quærit;

Tum post tensa mihi retia vadit, E. adit.  
**A**. Totus amore mei discrimina, E. criminæ, A.  
portat:

Nempe scelus causa est, E. ausa, A. fuisse necis.  
Hunc ego transfixi, E. fixi A. te mille sagittis;  
Proh pudeat! fueram sæva machæra, E. fera.  
A. O fera, E. vera, A. tuæ mortis certissima causa  
E. Ausa, A. meum vitijs lædere sæpe Deum.  
**O** delinquenti, E. flenti, A. non ingere pænas:  
Flebo, rigabo genas, flebo, rigabo, E. dabo.  
A. Accipe me totam, E. lotam; A. delicta lavabo,  
Quando meis lachrymis, sangvine quando tuo  
**C**andidior nivibus yi stabo doloris?, E. doloris,

A. In-

**A.** Instar oloris ero. Dilue Christe scelus.

Pervigil h̄ic stabo semper suspiria ducens.

Sponse mihi mors, E. sors, A. mors erit ista  
lucrum.

**Gaudia** nulla sciam, nisi quæ crux præbet amanti  
E. Danti; A. Do cor, est victima grata? E. rata.

**A.** Excipient animi donū nisi prospera; E. spera:  
A. Nec me decipiet spes mea firma nimis.

Ast Tu delicium jam nostras influe dextras:

**Salve.** E. vœ! A. Ergo minax siccine stabis?  
E. abis.

**A.** Non abeo, blando sed nectam basia colio.

Vultus ave. E. vœ! A. quid basia nostra fugis?

Jam scio, sponse, vale vis Mundo dicere sponsā.

Hoc vocale? E. vale. A. munde dolose vale.

Et mihi dico vale, Tibi posthac vivere Christe

Percupio; cordis Tu mea spes fave. E. ave.

## I N D U C T I O IV.

Poësis devoto suo Alumno Epitha-  
phium constructura, eius prius methodum  
docet.

Poësis. Non decet silentio praterire laureato-  
rum Capitum manes; quorum cum lyræ etiam post  
fata resonent, in tumulis pariter jacentes canendi  
sunt. Audivimus hactenus Poëtam nostrum chor-  
das pulsantem: sed iam suspendit citharam, &  
obijit in Domino. Ultimum persolvamus obsequi-  
um, cumq; per sepulchralem inscriptionem futu-

ris faculis transcribamus. Post funera enim recordatio eorum chara esse deberet; quos artis amoenitas & virtutis pulchritudo nobis in vita fecere acceptos.

**E**pitaphium est inscriptio facta lapidi sepulchrali vel asseri, in laudem aut vituperium defuncti.

Illud autem vel est serium & ad instructionem, morali quâpiam doctrinâ imbutum; vel jocosum, aut curiosum, imò & ænigmaticum. Absolvitur æq; solutâ oratione, atq; ligatâ, de qua nos hic tractamus.

Complectitur Nomen, Genus, Familiam & gesta defuncti, genus mortis, & quidem quâm brevissimè. Præmitti solent hæc verba Deo Optimo Maximo, aut D. O. M. seu Æternitati. Infimo loco ponitur quandōq; is, qui defuncto posuit Epitaphium.

Simpliciter narratur, quis & qualis sit sepultus, adjectâ tamen morali quâpiam doctrinâ: aut mortuus inducitur per prosopopœjam, alloquitur irq; Viatorem vel Lectorem: sive ipsum marmor recenset eum, quæ tegit: seu instrumenta vel insignia describunt defunctum, & Lectorem instruunt.

Epithaphia Chronostichis, Anagrammatibus, Emblematibus, alijsque artificiis ac Dialogis absolvuntur. Veteres appendebant insignia, Gales & enses militibus, fulmina Oratoribus, Cygnos & lauros Poetis &c. Quæ cum etiam modo

modò fieri soleant; tamen per symbola, stemmata & similia melius expediuntur.

Epitaphia gaudent acutâ brevitate, & brevi cultu; & requirunt maximè morales sententias & argutias.

Hic deservire possunt Eruditiones, quas Inductione . . . hujus Partis produximus, &c.

Longævum aliquid in hac machina est, perenne nihil. *Lipsius.*

Non rectè præsentem diem transfigis nisi statwas ultimam esse. *Id.*

Mors Generi humano non tam Suplicium est, quam tributum. *Id.*

Mors intermittit vitam, non rapit: venit iterum, q̄isi nos in lucem reponat, dies. *Id.*

Mortem timeat, qui non sperat vivere post mortem. *Id.*

Ipsum nasci est partus in mortem. *Id.*

Eripere vitam nemo non homini potest,

At nemo mortem: mille ad hanc aditus patet. *Sen.*

Pinus & cypressus sunt symbola mortis, item clepsydra, horologium, &c.

Mors describens horologium cum lemmate: Mors ultima linea rerum.

## INDVCTIO V.

Poësis Epitaphia varia ponit.

Poësis. Legite futura secula in subjectis inscriptionibus seriem Antecessorum, sive ad laudem

sive ad vituperium eorum; quos illustris vita encomijs, vel obscuri mores detestatione, aut lepidi actus risu dignos effecerunt. Paucare censebimus.

## EPITAPHIA SERIA.

### LUCII PAPÆ.

Luca dedit lucem tibi Luci, Pontificatum  
Ostia, Papatum Roma, Verona mori.

Imò Verona dedit verum tibi vivere, Roma  
Exitium, curas Ostia, Luca mori.

### DIDACI SAAVEDRÆ.

Quò concitato proruīs impetu  
Præpes Viator? mortis imaginem  
Rimare vivam, cerne bustum! ad  
Exuyias oculum reflecte.

En pista prostat compar aranea,  
Subiecta Letho vita vel innocens;  
Nec Mars, nec ars hunc liberavit,  
Imperio Libitinæ ademptum.

Nil jura plebi profuerit vagæ  
Dixisse Regum? siccine gloria  
Te vermis arrodet sepultam?  
Et putridum reget urna honorem?

Quid ergo Princeps Aula favoribus  
Suffulta spondes amplius? en ruis,  
Et te casæ instar rusticæ  
Mors humili tumulabit antro.

### OVIDII.

Hic situs est vates, quem Divi Cæsaris ira

Augusti

Augusti Latiâ cedere iusit humo.  
Sæpè miser voluit patrijs occumbere terris:  
Sed frustrâ, hunc illi fata dedere locum.

*VIRGIL II.*

Pastor, arator, eqves, pavi, colui, superavi,  
Capras, rura, hostes, fronde, ligone, manu.  
De capris pastis, de rure lato, hoste subacto,  
Nec lac, nec segetes, nulla trophæa tuli.

*SENECA.*

Cura, labor, meritū, sumptū pro munere hōores  
Ite; alias posthac sollicitate manus.  
Me procul à vobis Deus evocat, ilicet astris,  
Rebus terrenis; hospita terra vale.  
Corpus avara tamen Iolemnibus accipe faxis:  
Nunc animum cælo reddimus, ossa tibi.

*LICINI.*

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,  
Pompeius nullo: fallimur esse Deos.

*Angeli Politiani.*

Politianus in hoc tumulo jacet Angelus, unum  
Qui caput, & lingvas, res nova tres habuit.

*Duorum puerorum, Matris & Patris.*

Infans in cunis, puer alter, sponsa, maritus,  
Cultello, flammis, fune, ligone cadunt.

*T. Lupati Paduanii.*

Id quod es; ante fui: quid sim post fata requiris?  
Quod su, quidquid id est, tu quoq; lector eris.

Ignea pars cælo, cæsæ pars ossea rupi,  
Lectori cessit nomen inane Lupi.

*Similsi Praefecti Militia & Adriani Imp.*

*Similis hic jacet,*

*Cujus ætas multorum quidem annorum fuit,  
Septem tamen duntaxat vixit;*

*Quibus vixit sibi:*

*Statua salis Uxor is Loth.*

*Quod spectas oculis, Viator, hoc est  
Sepulchrum, nec habet suum cadaver:  
Quod spectas oculis Viator, hoc est  
Cadaver, nec habet suum sepulchrum:  
Sepulchrum tamen est, & est cadaver.*

*Epitaphium anigmaticum.*

*Ego sum omne, quod fuit, est & erit;  
Meum peplum nullus adhuc mortalium evolvit:  
Quem peperi fructum, sol est.*

### EPITAPHIA JOCOSA.

*Vespæ Litigiosa.*

*Tres habuit Furias quondam; sed Vespia manes  
Ut petijt, Furias quattuor orcus habet.*

*Mercatoris debitoris.*

*Mercator jacet hsc: cujus mihi dicere longum  
Nomen; nam moriens nomina mille habuit.*

*Joannis Fosse.*

*Hæc sunt in fossa Fosse mirabilis ossa:  
Qui sibi condendo versus cere comminuit brū.*

*Joannis Vituli.*

*O Pater omnipotens Vituli miserere Joannis;  
Quem mors præveniens non sinit esse bove.*

*Marii & Uxor is.*

*Heus Viator, miraculum!*

*Hic vir & uxor non litigant.*

CHO-

## CHORUS post Partem V.

## Vitæ Poëticæ

Virtutem canit immortalem ; quamvis eam  
Invidia impetar.

Missa cælis quando Virtus, plena Divum gratijs  
Remiges vibravit alas, pressit æquor ætiss,  
Innocentes circinavit mille gyris turbines,  
Lucidis accincta stellis sole fulsis clarior.  
Limen Orbis vix subivit plena pulchritudine,  
Inclytis illapsa fixit mentibus subsellia.  
Tunc Olympo largiora provocavit munera;  
Ac honores liberali fudit Orbis dexterâ,  
Illa laudis innocentia tunc petita grandine,  
Mollibus subiecta flabris gloriæ per Aethera,  
Diva mentium Magistra, dignitatis artifex,  
Clara fortium satelles mille seita protulit.  
Prodijt erinita geminis circulata floribus,  
Plus nitens sed illa gemmis, floribus suavior,  
Frondibus decora palmæ, cincta stellis tempora,  
Tota pulchra, tota fulgens, tota cælis æmula.  
Quam nec elegans cælorum largitas depinxerit,  
Dum coronis illigata splendet oris lumine,  
Insidens refertq; dignas es sedis adreas.  
Fortibus donans trophæa conferensq; gloriam.  
Tota laudum plena dote fulget ad miraculum,  
Pulchritudinis magistra, gemma dives mentium,  
Nescit ulla tela mortis, cui viget perennitas;  
Civis est æternitatis, & perire nescia.  
Non tulit styx atra rotò lacinata pectore,

Invidas

Invidas specu cohortes evomens in aëra.  
 Tunc Furor plumavit alis triste Ditis missale,  
 Prædo laudis, ac honoris latro sparsit fulmina;  
 Ad latus Virtutis hæsit pertinax cor invidum.  
 Tela crispat, ac furore Ditis antra concutit;  
 Tunc in arma cogit orcum, sæva cogit agmina;  
 Infremit, salum solumq; concitans in turbines.  
 Spe & tra Dite, sæva terris, mōstra lymphis evocat.  
 Lacinans Heroicarum dicta, facta mentium.  
 Trux Enyo jactat arma, tum capillum Gorgones;  
 Æoli severa raucis turba buccis insonat;  
 Dite cum refusa teturum mōstra fulmen increpāt;  
 Tunc Duces tellure jactant, atq; jaçtant & quore,  
 Inlytas virtute mentes in duella provocant.  
 Diva Virtus sed triumphat spe & tra Ditis invida,  
 Et perennans fert trophæa, laudis ac adoreas.

## INTERLUDIUM,

Poësis fabulosas metamorphoses, in moralem  
 detorquens sensum, alphabetice producit.

Poësis. Mortem aliam corporibus, aliam animis inferri, cùm omnes semper sapientes docuere: tum inferius aspicere. Sed uti animus præcellit corpus: ita illius interitus, qui moralis est, hujus mortem, qua est separatio animæ à corpore, superat, atq; deterior evadit. Moriuntur enim animi, quando Virtutis excidunt vitæ, vitiorum peste sublati, aut spiritu fame exanimati. Hos olim Poëta per effectas significarunt metamorphoses: cùm alios in bruta & saxa transformatos fabulati

fabulat i f u e r u n t ; q u o s n i m i r u m l i b i d o & d u r i-  
t i e s i n b r u t a l e s a f f e c t u s , & q u o d i m m o d o m e m o r a  
p e r d u x e r u n t . S e d e s t e t i a m a l i o r u m m u t a t i o i n  
s t e l l a s , f l o r e s a c s i m i l e s r e s : u t d o c e a m u r , v i-  
r o r u m i l l u s t r i u m f a c i n o r a c e n s t e l l a s P o s t e r i t a t i  
p r a l u c e r e & f l o r e r e i n d o c u m e n t u m & i m i t a-  
t i o n e m . C a t e r u m l u m e n n o n m e d i o c r e a c c e n d i t I n-  
t e r l u d i u m p o s t P a r t e m IV . j u x t a q u o d , & I n-  
d u c t i o n e m 4 . P a r t i s I . e t h i c e e x p l i c a r i p o s s u n t f i c t i o-  
n e s , q u a s e r u d i t a V e t u s t a s s a p i e n t u m d i s p u t a t i o n i  
e x p o s u i t .

## M E T A M O R P H O S E S F A B U L O S Æ O V I D I A N Æ .

*In Apros* finguntur mutati socij Ulyssis à Circe.

*In Araneam* Arachne à Pallade, quod huic se prætulerit in lanificio.

*In Arboreis & Arundines*, Daphne in laurum, syrinx in arundinem, Baucis in tiliam, Philemon in quercum, Heliades sorores Phaethontis in populos, Atys in pinum, Appulus in oleastrum.

*In Arietem* Neptunus.

*In Aves*, Cygnus in cygnum, Coronis in cornicem, Apollo ob metum Typhœi in corvum, Nyctimene in noctuam, semiramis in columbā, Mineides & Alcithoë in vespertiliones, Pierides à Musis superatae in picas, Ardea Civitas Turni combusta in ardeam, Pygas à Junone in gruem, Antigones à Junone in Ciconiam, Ju-  
piter

piter in Aquilam propter Asteriem, in Cygnum ob Ledam, Gerama Pygmæa in gruem, Tereus in upupam, Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam, Itys in Phasianum, Cerambus in scarabeum, Arne in monedula, scylla in alaudam, Nilus in nisum, Corvus albus ob garrulitatem in nigrum, Perdix & Tastis in perdices, Meleagri sorores in meleagrides, Dædalion in accipitrem, Æsacus in mergum, Diomedes cum socijs in aves diomedeads.

*In Amnes*, Cyane Nympha in stagnum, & Hyries, Acys in flaviūm, &c. Vide stagna, fontes, fluvios.

*In Boves* Neptunus propter Arnem, Achelous pugnans cum Hercule, Jupiter rapturus Europam, cuius navis pro insigni habuit Taurum.

*In Canes* Hecuba, Mera.

*In Cervos* Aëtaon, Iphigenia, Thyoneus,

*In Delphinos* Tyrrhenivectores Bacchi, scylla, Neptunus.

*In Equos*, Neptunus ob Cererem, Ocyroë seu Evippe.

*In Felem* Diana.

*In Feras*, Satellites Pici à Circe, Menophron, Armamenta navis Bacchi, socij Ulyssis.

*In Fluvios & Fontes* Acys, Cyane, Helicon ex ungula Pegasi.

*In Flores & Herbas* Crocus, Smilax, Hyacinthus, Narcissus, Adonis, Cyanus, Heliotropium, Melliloton, Amaracus, Amaranthus.

*In Formas*

In Formas varias Protheus, Vertumnus,  
Metra, Achelous, Teithys, Periclymenes, Tu-  
opœja.

In Fistulas Syrinx, Nympha.

In Homines, Lepides Deucaliomis & Pyrrhe.  
dentes Draconis à Cadmo seminati, formicæ  
Ægypti in Myrmidones, Gigantum cruor.

In Herbas Clytie Nympha, Cissus in hede-  
tam, Minthe in mentam,

In Ignem Jupiter ob Ægniam, Typhœus fin-  
gitur sub Ætna sepultus spuere ignem.

In Insulas Perimeles, Najades in Echinadas.

In Juvenes Hesiodus, Æson, Nutrices Bacchi  
à Meda, Joalus.

In Leones Apollo, Hyppomenes, Atalanta.

In Lupos Lycaon Rex Arcadiæ & ejus filij.

In Mustellam Galanthis à Junone.

In Nymphas classis Æneæ.

In Pisces Babylonia, Nays Nympha, Cephi-  
sus in Phocam, Dercetis.

In Ranas Lycij Rustici à Jove ob Latonam  
Iudibrio habitam.

In Rorem Lachrymæ Auroræ, mortem filij  
Mennonis deplorantis.

In Satyrum Jupiter.

In Stellas, Aëta Julij Cæsaris in cometam.  
& universas constellationes ab hominibus &  
brutis effingunt poëtæ.

In Stagna Cyane, Nymphæ, Patria Baucidis  
& Philomenis.

*In Serpentes Erychtonius, Medusæ crines,  
Stellio puer, Lyncus, Aesculapius, Ephyre.*

*In Saxa, Montes & Lapides Battus, Lethæa,  
Aglauros, Celmus, Rhodope, Biblis, Niobe  
in silicem, &c.*

*In Simias Cereopes populi.*

*In scopulos Talchynæ, Scirones, Lichas fa-  
mulus Herculis, Scylla, Charybdis, Bura  
Urbs.*

*In Tauros Jupiter, Achelous.*

*In Vacas Ino, Cerasta, Prætides.*

*In Vespertiliones Mineides.*

*In Ursam Calisto filia Lycaonis.*

*In Verulas Semele & Ithysia.*

*In Venenum cruor Nessi ab Hercule inter-  
fecti.*

*In Viros Iphis & Cæneus.*

## EPILOGUS.


**H**uc usq; productam posuimus Vitam Poëticam, in funeribus quoque & tumu-  
lis resonantem. Vita hominis Drama  
est continuum: decuerat ergo humanam Poë-  
sim inter scenas exhibere. Egit illa, & im-  
positas præsentavit personas, quamvis quidem  
fortè non ad plausum; utilitatis tamen commu-  
nis desiderio ad subsidia Juventutis, id etiam  
satagens: ut ex profanis figmentis & fab ulosa

metamorphosi moralia & pia documenta eliceret. daretq;. Plures Artium doctrinâ seu manu-  
ductione prodesse student, & fortassis profunt;  
quām placeant. Verūm esto solatium, nos De-  
um laudare, & proximis, Juventuti præsertim,  
servire hoc Actu voluisse ac studuisse. Sed quia  
ad tumulos jam sumus delapsi, Philo-Poëtæ,  
quiescendum est. Vires tamen intendamus per  
internas & externas laudes Divinas, quas no-  
stra Poësis, ubique querens Dei laudem, cul-  
turāmq; bonorum morum, & ex ipsis vanis  
fabulis Ethicam Doctrinam extrahens, in no-  
bis animare conatur; ut excitemur vivacibus  
semper animis ad cantandum & amandum sum-  
mum nostrum bonum, Deum nimirūm; qui  
omnium nostrūm optatissima est quies,  
unica requies, & ultimus uni-  
versæ creaturæ.

## F I N I S.

Ad Majorem Dei Gloriam.





# Errata sic corri ge.

| Pol.  | Lin.  | Menda          | sic | emenda.        |
|-------|---|----------------|-----|----------------|
| 7.    | 20. & 25.   | Eccloga.       |     | Ecloga.        |
| 8.    | 1.  | & Epopœia.     |     | est Epopœia.   |
| ibid. | 28.   | difundemus.    | - - | diffundemus.   |
| 16.   | Sub finem,  | aperis.        | - - | apertis        |
| 17.   | 1. - -  | acommoda       | -   | accommoda,     |
| 20.   | circa finem.  | sua nequit.    | - - | subnectit.     |
| 22.   | 19. - -   | Cotidon.       | - - | Corydon.       |
| ibid. | 21. - -   | Rex regat.     | - - | Rex regnat,    |
| 26.   | ~ 9. - -  | ferus thraX.   | -   | ferVs ThraX.   |
| ibid. | 10. - -   | Spartis.       | - - | Spartis.       |
| 32.   | ~ 16. - -   | Chelim         | - - | Chelym,        |
| 34.   | in fine.  | Culu           | - - | cultu.         |
| 39.   | ~ 17. - -   | prævit         | - - | praivit.       |
| 40.   | ~ 14. - -   | Rozatz.        | - - | Rorate.        |
| ibid. | 21. - -   | Cunthius.      | -   | Cynthius,      |
| ibid. | sub finem.  | vincite        | - - | vincite.       |
| 43.   | 2.  | sabamœna.      |     | sabamœa,       |
| 48.   | circa finem.  | candido.       |     | candidos,      |
| 50.   | 4.  | descriptio.    | -   | descriptioe    |
| ibid. | circa finem   | Ægyptijs       | - - | Ægyptijs.      |
| 55.   | 13.   | summit.        | - - | sumit.         |
| 56.   | 6. - -  | voluit.        | - - | valuit.        |
| 56.   | 21. - -   | secretum       | - - | secretum.      |
| 60.   | ~ 9. - -  | Jo novennum.   |     | Jo novenum,    |
| ibid. | 20. - -   | novenna.       | - - | novena.        |
| 61.   | ~ 5. - -  | Georgi.        | - - | Georgi.        |
| 65.   | ~ 9. - -  | esse placet.   | - - | isse placet.   |
| ibid. | 18. - -   | terna datur.   | - - | terna dator.   |
| 75.   | ~ 20. - -   | Olimpo.        | - - | Olymbo.        |
| 76.   | ~ 22. - -   | Tu Chely.      | - - | Tu Chely es,   |
| ibid. | in fine   | inartata.      | - - | inarata.       |
| 90.   | ~ 7. - -  | Fater-Patris.  | - - | Frater Patri.  |
| 95.   | ~ 9. - -  | Temistocles.   | - - | Themistocles.  |
| 97.   | ~ 5. - -  | Niyays.        | - - | Ninyas.        |
| 109.  | ~ 19. - -   | necuit.        | - - | nocuit.        |
| ibid. | in fine.  | compluit.      | - - | compluit,      |
| 119.  | in medio  | acrosticē.     | - - | acrosticē.     |
| 120.  | sub finem   | gustat amorem. |     | gestat amorem. |
| 122.  | Acrostichum <i>Ipsi tres Charites</i> &c. ponendum erat<br>decussatum ut in auctorita charta. |                |     |                |
| ibid. | circa finem.  | alegorijs.     |     | allegorijs.    |
| 123.  | 19.   | Quadrupede.    |     | Quadrupedem,   |
| ibid. |   | vavense,       |     | Vavencio,      |

Fol. Lin. Menda sic Emenda.

|         |                   |                      |                 |
|---------|-------------------|----------------------|-----------------|
| 124.    | 3.                | surges.              | surgens.        |
| ibid.   | 13.               | retinetur.           | retinentur.     |
| ibidem. | circa finem.      | vaticina.            | vaticinia.      |
| 126.    | 6.                | Striogniensem.       | Strigonensem.   |
| ibid.   | 23.               | suma.                | summa.          |
| 131.    | 7.                | mihi.                | mihi.           |
| ibid.   | 18.               | deptis.              | demptis.        |
| 136.    | 18.               | vitia.               | vitia.          |
| 137.    | circa finem       | Apelatur.            | Apellatur.      |
| 139.    | circa medium.     | tumulatus homo.      | tumulatus humo? |
| ibid.   | in fine           | Grammatici.          | Grammatici.     |
| 142.    | 11.               | tuu nihil est.       | tuum nihil est. |
| 147.    | 6.                | Quem nimis.          | Quam nimis.     |
| Ibid.   | Cor nisi cura est | Cor nisi cura nihil. |                 |
| ibid.   | Ethicum de Morte. | Ethicum de Marte.    |                 |
| 150.    | - 9. - - -        | vitet.               | vitent.         |
| ibid.   | circa finem.      | quo cernis - -       | quem cernis.    |
| 154.    | circa finem.      | quator - - -         | quatuor.        |
| 156.    | Alcaicus Scazon   | v-   v-   vv   -v    | -               |

Lege v-|v-|-|-vv| -v

157. Alcmanius trochaicus hypercatalecticus.

-v|-vv|-|-v|-v| -v

Lege -v|\*vv|-|-v|vv| -v

160. circa finem. sapphicum. sapphicum.

161. lin. 1. - - sapphus, sapphus.

ibid. stesichorus heptameter,

-vv| -vv| -vv| -vv| -v| -v

Lege. --|--|--|--|--|vv|v| -v

167. - 21. - - In hujus Divi. supplex in hujus.

171. - - 22. - - hos melles. - -hos molles.

176. - - 1. - - plummatasq; - plumatasaq;

177. - - 2. - - Aucupis aut seta. Aucupis aut festa.

ibid. - - 10. - - suspiciosus. - - suspiciosus.


181. - 11. - - Pes rubet. - - pes ruber.


Ibid.

| Fol.  | lin.              | Menda.             | sic                | Emenda        |
|-------|-------------------|--------------------|--------------------|---------------|
| ibid. | - - 12.           | Omnia.             | - - -              | Omina.        |
| 183.  | - - 9.            | Pax dormire jubet. | Nox dormire jubet. |               |
| 188.  | - - 11.           | Quid pastores.     | Quidq; pastores.   |               |
| 200.  | - - circa finem.  | Meliora tela.      | - -                | Moliora tela, |
| 206.  | - - circa medium. | seper              | - -                | semper.       |
| 209.  | - - circa finem.  | inferente.         | - -                | Inferentem.   |
| 212.  | - - 18.           | tiniente.          | - -                | tinniente     |
| 216.  | - - 19.           | Non quamvis.       | Nam quamvis.       |               |
| 217.  | - - 2.            | gemis.             | - - -              | gemma.        |
| ibid. | - - circa finem   | aureus aris.       | - -                | aureus oris.  |
| 218.  | - - 3.            | culta.             | - - -              | cuncta.       |
| 221.  | - - circa finem   | fert aris.         | - -                | fert oris.    |
| 222.  | - - circa medium. | è turba.           | - -                | è rumba.      |
| 223.  | - - 21.           | spes vocat.        | - -                | styx vocat.   |
| ibid. | - - 26.           | Viget adversas.    | Urget adversas.    |               |
| 231.  | - - 8.            | sut.               | - - -              | sunt.         |
| ibid. | - - 14.           | alunz.             | - -                | alumnz.       |
| ibid. | 16.               | vultu,             |                    | vultum.       |
| ibid. | - - 2.            | mephiti            | - -                | mephiti.      |
| ibid. | - - 4.            | Comotis.           | - -                | Commotis.     |
| ibid. | - - 23.           | splendens.         | - -                | splendens.    |
| ibid. | in fine.          | gemis.             | - -                | gemmis.       |
| 236.  | - - circa finem.  | Immensa.           | - -                | immersa.      |
| 238.  | - - 19.           | tecum incolet.     | tecum incolet.     |               |
| 246.  | - - 10.           | qui fingam.        | qui fingam.        |               |
| 249.  | 9.                | Pomu,              | - -                | pomum.        |
| 273.  | - - 12.           | fulget.            | - -                | si fulget.    |
| 257.  | - - circa finem.  | qui raperis.       | - -                | quò raperis;  |
| 259.  | - - 18.           | Interius.          | - -                | Interis.      |
| 260.  | - - 11.           | ängui.             | - - -              | anguis.       |
| 262.  | - - 12.           | subditœ.           | - -                | subditz.      |
| ibid. | - - 23.           | seper.             | - - -              | semper.       |
| 267.  | - - 14.           | Apetijt.           | - -                | Appetijt.     |
| ibid. | - - 21.           | Afuenta.           | - -                | assueta.      |
| 289.  | sub fiuem.        | finu.              | - - -              | finum.        |
| 295.  | - - 9.            | & ungerē.          | - -                | hic ungerē.   |
| 310.  | - - 3.            | fortafis.          | - - -              | fortafis.     |

Benevolus Lector, cum propter abbreviationem varijs in lexis non appareant literz n. & m. velit eas substituere, aliquos typi errores emendare.









Ferdinandus et al.

